GRAMMATICA HEBRAICA BREVI ET NOVA METHODO CONCINNATA...

Edward Slaughter





GRAMMATICA HEBRAICA

BREVI ET NOVA METHODO CONCINNATA.

Qua cito, facile, ſolide,

LINGUÆ SANCTÆ RUDIMENTA

ADDISCI POSSUNT



AUCTORE

R. P. EDWARDO SLAUGHTER

SOCIETATIS JESU,

In Collegio Anglorum Leodii, olim Linguæ Sanctæ, poſtea Sacræ Theologiæ Profeſſore.



ROMÆ MDCCLX.

EXCUDEBANT BENEDICTUS FRANZESI, ET CAJETANUS PAPERI

SUPERIORUM PERMISSU.

REIMPRIMATUR,

Si videbitur Rm̃o P. Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Dom. Jordanus Archiep. Nicomed. Viceſgerens.

REIMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Ordinis Prædicat., Rm̃i P. Magiſtri Sac. Palatii Apoſtolici Magiſter Socius.

GRAM-



GRAMMATICÆ HEBRAICÆ.

CAPUT I.

De ratione legendi.



Atio legendi apud Hebræos literis, punctis, & accentibus conſtat. Literæ ſunt vigintiduæ, omnes conſonantes: nam vocalium munere funguntur puncta. Earum figuram, nomen, & poteſtatem ſubjecta tabella indicabit.

Figura.	Nomen.	Poteſtas.
א	*Aleph.*	(') *Spiritus lenis græ.*
ב	*Beth.*	*b. vel v. Conſonans.*
ג	*Gimel.*	*g. vel gh.*
ד	*Daleth.*	*d. vel dh.*
ה	*He.*	*h.*
ו	*Vau.*	*v. Conſonans.*
ז	*Zajin.*	*z.*
ח	*Hheth.*	*hh.*
ט	*Teth.*	*t.*
י	*Jod.*	*j. Conſonans.*
כ ך	*Caph.*	*c. vel ch.*
ל	*Lamed.*	*l.*
מ ם	*Mem.*	*m.*
נ ן	*Nun.*	*n.*
ס	*Samech.*	*ſ.*

Figura.	Nomen.	Potestas.
ע	*Ajin.*	*Aspiratio densissima.*
פ ף	*Pe.*	*p. vel ph.*
צ ץ	*Tsade.*	*ts.*
ק	*Koph.*	*k.*
ר	*Resch.*	*r.*
שׂ שׁ	*Scin.*	*sc. vel s.*
ת	*Tau.*	*t. vel th.*

Nota 1. Ex literis, *Gutturales* dicuntur אהחע, *Labiales* בומף *Quiescentes* יהוא: Et 11. sunt *Serviles* comprehensæ his nominibus משה איתן וכלב.

Nota 2. Quinque literæ comprehensæ voce sequenti אהלמת in fine dictionum, ad versum explendum, fieri possunt longiores, ut in Bibliis passim videre licet.

Puncta vocalia ſunt 14.

	Nomen.	*Fig.*	*Poteſt.*
Quinque Longa.	*Camèts*	ָ	*a*
	Tſerè	ֵ	*e*
	Chirik-gadhòl	יִ	*i*
	Vau-cholem	וֹ	*o*
	Shurek	וּ	*u*
Quinque Brevia.	*Pathach*	ַ	*a*
	Segòl	ֶ	*e*
	Chirich-katòn	ִ	*i*
	Camèts-catuph	ָ	*o*
	Kibbùts	ֻ	*u*
Quatuor Breviſſima.	*Shevà ſimplex*	ְ	*e*
	Catèph-pathach	ֲ	*a*
	Catèph-ſegòl	ֱ	*e*
	Catèph-camets	ֳ	*o*

Accen-

Accentus.

Accentuum alii ſunt *Grammatici*, alii *Rhetorici*. Quælibet vox (niſi alteri jungatur per Maccàph) habet accentum grammaticum, qui dat tonum ſyllabæ, cui apponitur. Si ergo vox habeat unicum accentum, ille eſt grammaticus: ſi duos, poſterior eſt grammaticus; alter Rhetoricus ornans. Præcipui ex Grammaticis ſunt quatuor *Diſtinguentes*, quos vide in tabula ſubjecta applicatos ad nomen אָב.

Fig.&ſit.	*Nomen.*	*Valor.*
אָֽב׃	*Soph-pasùk*	*Punctum.*
אָ֑ב	*Athnàk*	2 *Puncta.*
אָ֔ב	*Zakèph-katòn*	*Punct.& virg.*
אָ֗ב	*Revia*	*Virgula.*

Ex Rhetoricis, duo ſunt præcipuè in uſu. 1. *Metheg*, inter shevà & Camèts in voce לְמֵרָה. Dicitur Metheg, id eſt, frænum, quia linguam frænat, ut poſtea explicabitur. II. *Maccàph* conjungit duas, aut plures voculas, ut כָּל־גּוֹי *omnis gens*. Quoad ſedem, accentus grammaticus ſemper eſt in ultima, vel in penultima ſyllaba: plerumque in ultima. Dictio, quæ accentum habet in ultima, vocatur *Milra*, quæ in penultima, vocatur *Milel*. Cæterum quæ nam dictio ſit *Milra*, quæ Milel, uſus meliùs docebit.

His præcognitis, ut ratio legendi conſtet, omnia neceſſaria paragraphis paucis comprehendam.

§. I.

§. I.

De punctis vocalibus ad literas applicandis .

Hæc tria puncta (וּ) (ֹ) (ִ) literis adjunguntur ad latus ſic . לִי לֹו לוּ . Et (quia in lingua Hebraica, ſicut & in ceteris orientalibus, lectio inchoatur a dextra, & pergit ad ſiniſtram) legendum eſt, *li*, *lo*, *lu* . Porro Vau-cholem ſæpe ſcribitur ſine vau expreſſo : unde contingit aliquando, ut coincidat cum puncto literæ שׁ .

Reliqua puncta vocalia ſcribuntur ſub literis, ſed poſt illas pronunciantur . Sic רָם legendum eſt *Ram*, non *Arm* .

Excipe, *Pathach ſuffuratum*, ſeu Pathac neceſſitatis ſub literis ח, ע ; & He (cum puncto illo, quod dicitur *Mappik* ſeu extenſor הּ) in fine vocum . Quando enim

enim illæ literæ ſunt in fine vocum, & non præcedit immediatè Camèts, aut Pathach, ut recte pronuncientur, ponitur ſub illis Pathach, quod præter leges communes, & quaſi furtim ingreditur inter illas literas, & punctum præcedens. Sic מָשִׁיחַ legitur *Maſchiahh*, non *Maſchihha*.

§. II.

De literis quieſcentibus יְהוּא.

Initio dictionis, nulla illarum quieſcit. Literam autem *quieſcere*, *ſilere*, aut *mutam eſſe*, apud Grammaticos idem eſt, ac *non legi*: & *moveri*, idem eſt, ac *legi*.

In medio, nulla quieſcit, niſi puncto vocali careat.

In fine א ſemper quieſcit. Similiter ה, niſi puncto Mappik notetur. Sic (י) poſt

poſt (̈) ut אֵי *ubi* : lege *e*, non *ei*. Cum ceteris autem vocalibus coaleſcit in diphthongum, ut חַי *hhai* vivus.

Dicitur etiam (י) quieſcere, quando conſtituit Chirik-gadhòl. Et (ו) quando conſtituit (וֹ) aut (וּ) : aliàs Vau nunquam quieſcit in fine.

§. III.

De Shevà Quieſcente.

Shevà aliquando movetur, aliquando quieſcit: ut ergo Shevà mobile a quieſcente diſtinguas, Hæc ſit regula:

Shevà ſilet poſt grammaticum accentum, aut breve punctum.

Nota tamen 1. Shevà veniens poſt aliud Shevà (ſive expreſſum, ſive intellectum) non quieſcit; quia ſic non venit poſt *breve*

pun-

punctum, ſed poſt breviſſimum. Si autem duplex Shevà veniat poſt accentum grammaticum, utrumque quieſcit.

Nota 2. Shevà ſemper movetur, ſub litera dagheshata, ut לִמְּדוּ lege *limmedù*, non *limdù*. Similiter ſub priore ex literis geminatis juxta poſitis, ut הַלְלוּ lege *halelù*, non *hallù*:

§. IV.

De Shevà ſubintellecto.

Shevà *mutum* inſcribitur omni Caph finali ſic ךְ, niſi inſcribatur Camèts ſic ךָ. Sub aliis literis in fine vocum, aliquando exprimitur Shevà *mutum*. Quando autem non exprimitur, ſubintelligitur ſub omni litera mobili, quæ dictionem claudit.

§. V.

§. V.

De Daghèsh.

Punctum in medio literæ impressum vocatur *Daghèsh*. Excipe tamen punctum in medio literæ ה, quod non est Daghèsh, sed Mappik: & punctum in medio literæ ו quando cum illa constituit Shurek.

Daghèsh autem duplex est. *Lene*, & *Forte*.

Daghèsh Lene inscribitur solis literis בגד כפת; illisque rarò inscribitur, nisi sint *in principio sententiæ*, vel veniant immediatè post Shevà *mutum*, sive ejusdem, sive diversæ dictionis. Dicitur *Lene*, quia mere tollit aspirationem: nam, sine Daghèsh, literæ illæ sonant *Bh.* seu *V. Gh. Dh. Ch. Ph. Th.* Cum Daghèsh autem sonant *B. G. D. C. P. T.*

Da-

Daghèsh Forte invenitur in omnibus literis, exceptis *gutturalibus*, & *Resh*. Dicitur *Forte*, quia non mere tollit aſpirationem a literis illis aſpiratis; ſed etiam illas, & quaſcumque alias, in quibus infigitur, ingeminat.

§. VI.

De Camèts-catuph diſtinguendo a Camèts.

Camèts-catuph figurâ non differt à Camèts: ut ergo aliunde diſtinguatur, hæc ſit Regula.

Niſi accentus mediet, Camèts (o) ante Shevà ſit.

Quadruplex eſt caſus & 4. exemplis proponam.

חָכְמָה	וַיָּקָם	כָּל-גּוֹי	כָּלּוֹ
1 *Hbocmà.*	2 *Vaijàkom.*	3 *Col-goi.*	4 *Coll*[illegible]

In

In 1. exemplo (ָ) venit ante Shevà expressum.

In 2. & 3. venit ante Shevà *mutum*, quod (juxta dicta §.4.) intelligitur sub מ & ל. In 4. exemplo, sub litera ל geminata per daghèsh, intelligitur etiam Shevà *mutum*: perinde enim est, ac si scriberetur כָּלְלוֹ. Nullus autem accentus in dictis exemplis mediat inter Camèts, & Shevà.

Vide nunc 4. exempla opposita.

חָכְמָה דְּבָרָם שָׂא־נָא לָמָּה

1 *Hhachemà*. 2 *Devaràm*. 3 *Sa-nà*. 4 *Lamma*.

In 1. exemplo venit quidem (ָ) ante Shevà expressum: sed mediat accentus *Metheg*. In 2. & 4. venit (ָ) ante Shevà subintellectum: sed mediat accentus grammaticus. In 3. exemplo, non venit ante Shevà sive expressum sive subintellectum.

Nota insuper quòd (ָ) ante (ֳ) sit O, licet

licet mediet accentus, ſicut ſæpe mediat inter punctum compoſitum, & breve affine.

Appendix
De Accentibus, & *Kerî Kethîb*.

Magnam Grammaticorum Accentuum turmam omiſimus; quia tyronum captum tranſcendit: id tantum ſcire ſufficiet; ſyllabam, quæ habet accentum, tono afficiendam. Tenenda eſt ergo regula ſuperiùs tradita pro ſede accentûs grammatici, & obſervanda ſunt paradigmata grammaticalia nominum, & verborum: in illis enim, ad ſingulas voces, loco accentûs grammatici, ſimplicem virgulam appoſuimus, quæ ſyllabam indicet tono afficiendam.

Reſtat nunc unum advertendum, ideſt, ſæpe

ſæpe inveniri in Bibliis circellum, qui ſupra vocem poſitus ſignificat, vocem illam legendam aliter, quàm ſcribatur in textu. Et in multis Bibliis vera lectio notatur in margine. Sic *Gen.* 25. 23. in texto habetur גֹּיִים, in margine autem גוים, adjunctâ literâ ק. Circellus in textu monet lectorem, non haberi ibi omnes literas debitas: & ק in margine ſignificat, vocem legendam eſſe per literas marginales, applicatis punctis textualibus; ק enim eſt abbreviatio, pro קְרִי *lectum*. Tota verò hæc diverſitas inter lectionem & ſcriptionem, vocatur à Rabbinis *Kerì Kethìb*. Voces autem illæ קְרִי & כְּתִיב ſunt in forma Chaldaica; & ſignificant idem, quod Hebraicè קָרוּא & כָּתוּב, ideſt, *Lectum*, *Scriptum*.

CAPUT II.

De Nomine, Præfixis, & Pronomine.

NOmini accidunt, *Genus*, *Numerus*, *Casus*; &, apud Hebræos, *Præfixa* casuum expressiva, sicut & *Suffixa*, quæ originem ducunt ex pronomine primitivo, & locum supplent pronominis possessivi. Unde ut hæc omnia breviter & distincte explicentur, sit

§. I.

De Genere.

Genera in nominibus Hebraicis sunt tria. Masc. Fœm. Com. pro quibus hæc sit regula,

Fœminea וּת ִית ֶת ָת ה *Gens, Urbs, membra gemella.*

Mas-

Mascula cætera pleraque sunt. Communia multa.

Sensus est. Fœminini generis esse solent, nomina terminata in ה, sicut & in ת ית ות cum ת (ut plerumque fit) servili. Item nomina, quæ significant Gentes, Urbes, & membra gemella, qualia sunt, oculi, aures, manus &c. Hinc

Adjectiva fœminina formantur a masculinis, communiter, addendo ה ut טוב *bonus*, טובה *bona*: sed prius tollitur terminatio ה, ut יפה *pulcher*, יפה *pulchra*:

Aliquando addendo ת ut אחר *alius* אחרת *alia*. Et utroque modo fit in Participiis, ut suo loco videbimus.

Fœmininum per (ית) formant nomina Ordinalia, & Gentilia terminata in (י) ut שני *Secundus*. שנית *Secunda*. עברי *Hebræus*. עברית *Hebræa*. Alio item modo, ut עבריה.

 Ge-

Genus Neutrum (licet aliquando per masculinum) communiter exprimitur per fœmininum: ut notat S. Hieronymus ad finem c.7. *Eccle.* Et hinc in Psalmo dicitur, *unam* petii a Domino, *hanc* requiram.

Gradus Comparationis (ut hos explicando, simul compleamus doctrinam de *Adjectivis*) fiunt circumloquendo sic: טוֹב מִיַּיִן *bonum præ vino*, i. e. *melius vino*. טוֹב מְאֹד *bonum valde* i. e. *optimum*: vel sic יָפָה בַּנָּשִׁים Cant. 1. 8. *pulchra in mulieribus*. i. e. *pulcherrima*: sic *Benedicta tu in mulieribus* i. e. *Benedictissima mulierum*.

§. II.

De Numero.

Numeri sunt tres. Singularis, Dualis, & Pluralis.

Dua-


Dualis fit, addendo (ַיִם) ut יוֹם *dies* , יוֹמַיִם *biduum* : ſed nomina terminata in (ָה) priùs mutant ה in ת ut אַמָּה *cubiti* , אַמָּתַיִם *duo cubiti* .

Pluralis in maſculinis fit addendo (ִים) ut שִׁיר *canticum* . Pl. שִׁירִים : ſed priùs tollitur terminatio ֶה ut פֶּה *os* , פִּים *ora* .

Pluralis in fœmininis fit addendo וֹת , ut אוֹת *ſignum* pl. אוֹתוֹת : ſed prius tollitur terminatio ָה ſicut & ת ſervilis . ut חוֹמָה *murus* , pl. חוֹמוֹת . אִגֶּרֶת *Epiſtola* pl. אִגְּרוֹת . Speciale eſt מַלְכוּת *regnum* pl. מַלְכֻיוֹת ſicut & אָמָה *Ancilla* ; plur. אֲמָהוֹת retento ה .

Anomala .

1. Quædam nomina habent ſingularem numerum tantum, ut nomina propria, appellativa metallorum &c.



2. Quædam dualem tantùm, ut מַיִם *aqua*. שָׁמַיִם *cœli* &c.

3. Quædam pluralem tantùm, ut חַיִּים *vita*. פָּנִים *facies* &c.

4. Quædam habent terminationem masculinam in singulari, & fœmininam in plurali. ut אָב *pater*. pl. אָבוֹת.

5. Quædam è contra. ut יוֹנָה *columba*. יוֹנִים.

6. Quædam in plurali habent utramque terminationem. ut צָבָא *Exercitus*. pl. צְבָאִים vel צְבָאוֹת. דּוֹר *ætas*, *generatio*. pl. דּוֹרִים vel דּוֹרוֹת &c.

§. III.

De Casu.

Casus Genitivus exprimitur per Regimen.

Quoties enim in lingua latina, ex duo-

duobus ſubſtantivis concurrentibus, poſterius debet eſſe in genitivo caſu; toties in hebraica, *prius* dicitur eſſe in Regimine, ſeu in ſtatu conſtructo. *Regimen* autem mutat terminationem הָ in תַ ut מַלְכָּה *Regina* מַלְכַּת שָׁמַיִם *Regina cælorum*. Item terminationem pluralem (ִים) & dualem (ַיִם) mutat in (ֵי) ut חַיִּים vita, חַיֵּי אַבְרָהָם *vita Abrahami*. עֵינַיִם *oculi*, עֵינֵי יוֹנִים *oculi columbarum*.

Accuſativus exprimitur per particulam אֶת.

Reliqui caſus exprimuntur per literas quaſdam nominibus præfixas: quas ſimul cum aliis *Præfixis*, quæ frequenter occurrunt, breviter nunc explicabo.

§. IV.

De Præfixis.

Sunt ſeptem literæ (comprehenſæ his

vocibus מֹשֶׁה וְכָלֵב) quæ, quia præfigi solent, vocantur *Præfixa*. Quid significent dum præfinguntur, & quibus punctis instrui debeant, Tabula subjecta indicabit.

	Significatio.	Modus præfigendi.
מ	A. Ex. Præ.	per (ִ) Infixo daghèsh forti in litera sequente.
ש	Qui. Quæ. Quod.	per (ֶ) Infixo daghèsh forti in litera sequente.
ה	ה, א, הָ,	per (ַ) Infixo daghèsh forti in litera sequente.
ו	Et.	Communiter per Shevà.
כ	Sicut.	Communiter per Shevà.
ל	Ad. signũ Dativi.	Communiter per Shevà.
ב	In.	Communiter per Shevà.

De Daghèsh autem infigendo, hîc & alibi passim locum habet hæc

Regula Generalis.

Si litera, quæ deberet dagheshari, non potest recipere daghèsh; compensatio debet fieri mutando punctum breve præcedens, in longum, ideſt, (ִ) in (ֵ) (ֻ) in (וֹ) (ַ) in (ָ).

Sed ad pleniorem notitiam de his *præfixis*, sit

APPEN-

Appendix I.

De ה.

Juxta dicta, ה Demonstrativum præfigitur per pathach sequente daghèsh. Et, ob daghèsh exclusum, Pathach, juxta regulam generalem, mutatur in Camèts. Observandæ tamen sunt hæ

Regulæ Speciales.

1. ה Demonstrativum ante literas ה & ח & מְ Shevatum Participii, quæ excludunt daghèsh, præfigitur per pathach. Et sic nulla fit compensatio. Imò Pathac ante ה, & ח rarò mutatur in Camèts ob compensationem.

2. Ante הָ & עָ cametsatas in penultima syllaba existentes, & ante חָ cametsatam, sive in penultima sive alibi, Pathach mutatur in segòl.

3. ה Præfixum aliquando est *Interroga-*

rogativum . Tunc autem communiter præfigitur per (ֲ) ut הֲלֹא *an non* ?

Appendix II.

De ו .

Dictum est quòd (ו) præfigatur communiter per Shevà . Observandæ tamen sunt hæ

Regulæ Speciales .

1. Ante literas Shevatas , aut Labiales , mutari solet in (וּ) , & Shurèk illud habetur pro brevi .

2. Quando (ו) copulat nomina , quorum posterius est monosyllabon, aut *Milel*, præfigitur per (ָ) etiam ante Labiales .

3. Aliquando (ו) non tantùm copulat , sed , quoad significationem , convertit Præteritum in Futurum , & contrà .

Vau Conversivum Præteriti , præfigitur

tur juxta regulas jam datas: ſed in 1. & 2. perſona ſing. trajicit accentum in ultimam ſyllabam: ut וְאָמַרְתָּ *&* *dices*. וְשָׁמַרְתִּי *&* *cuſtodiam*. Excipe verba Quieſcentia *Lamedh-Aleph*, *&* *Lamed-He*.

Vau Converſivum Futuri præfigitur per (ַ) ſequente daghèsh. Jodh autem Futuri Shevatum, non recipit daghèsh, nec ulla fit compenſatio.

Nota. Hoc ו Converſivum Futuri ſæpe retrahit accentum, & ſimul mutat ultimum (ֵ) aut (ִ) in (ֶ) ſicut & ultimum (וּ) aut (וֹ) in Camèts-Catùph. ut וַיָּקָם וַיְבָרֶךְ a יָקוּם יְבָרֵךְ Aliquando etiam mutat ultimum (וּ) in (ַ) ante *Gutturales*, *&* *Resh*.

APPEN-

Appendix III.

De בלכ.

Præfiguntur communiter per Shevà, ut dictum est. Observandæ tamen sunt hæ

Regulæ Speciales.

1. Ante Jodh Shevatum, habent chirik. Et hoc juxta regulam generalem tradendam cap. Sequenti. Insuper autem abjicitur Shevà ipsius Jodh: & sic, pro duplici Shevà, manet unum Chirik. ut בִּיהוּדָה *in Judæa*, loco dicendi בִּיְהוּדָה.

2. Sæpe excludunt ה demonstrativum, &, succedentes, punctum ejus assumunt. ut לַמֶּלֶךְ *Regi*, pro לְהַמֶּלֶךְ.

3. Ante verba Infinitiva, si sint monosyllaba, aut *Milel*, ל præfigitur per Camèts. Sic etiam aliquando ante nomina monosyllaba, & *Milel*.

§. V.

§. V.

De Pronomine Primitivo.

Pronomina Primitiva ſunt *perfecta*, quia declinantur cum genere & numero; habentque ſuo modo Caſus per *Præfixa* exprimendos, ut in Tabula ſequente.

	Nom.	*Gen.*	*Dat.*	*Accuſ.*	*Ablat.*
Ego Com.	אֲנִי	שֶׁלִּי	לִי	אוֹתִי	מִמֶּנִּי
Tu maſc.	אַתָּה	Formatur a Dativo, mere præfigendo ש more ſolito.	לְךָ	אוֹתְךָ	מִמְּךָ
Tu fœm.	אַתְּ		לָךְ	אוֹתָךְ	מִמֵּךְ
Ille	הוּא		לוֹ	אוֹתוֹ	מִמֶּנּוּ
Illa	הִיא		לָהּ	אוֹתָהּ	מִמֶּנָּה
Nos Com.	אֲנַחְנוּ		לָנוּ	אוֹתָנוּ	מִמֶּנּוּ
Vos maſc.	אַתֶּם		לָכֶם	אֶתְכֶם	מִמְּכֶם
Vos fœm.	אַתֶּן		לָכֶן	אֶתְכֶן	מִמְּכֶן
Illi	הֵם		לָהֶם	אוֹתָם	מֵהֶם
Illæ	הֵן		לָהֶן	אוֹתָן	מֵהֶן

Anno-

Annotationes.

1. Frequenter dicitur אָנֹכִי pro אֲנִי 2. Aliquando per aphæresin, נַחְנוּ pro אֲנַחְנוּ 3. Poeticè לָמוֹ pro לָהֶם. 4. Cum ה Paragogico, אַתֵּנָה הֵנָּה הֵמָּה pro אַתֵּן הֵן הֵם. 5. Abjecto altero מ, מִנִּי pro מִמֶּנִּי &c.

Huc reducuntur alia Pronomina.

1. *Demonstrativum.* Sing. Masc. זֶה hic, iste. Sing. fœm. זֹאת, זֹה, זוֹ, Sing. com. זוּ. Plur. com. אֵלֶּה אֵל hi & hæ.

2. *Relativùm* אֲשֶׁר omnis gen. & num. ut Præfixum שׁ.

3. *Interrogativum*, de persona. מִי *Quis? Quæ?*

Et de alia re quavis, מָה, מָה, מֶה *Quid?*

§. VI.

De Pronomine possessivo, seu Suffixis.

Pronomina possessiva, sunt particulæ desumptæ ex Primitivis: Et, quia nomini-

minibus ſuffigi ſolent, dicuntur *Suffixa*. Non variantur ob diverſum genus nominis, cui ſuffiguntur, ſed ob diverſum genus perſonæ poſſidentis, ut patet ex Tabula ſequente.

	Nomen Sing.				*Nomen plurale.*		
	Perſon.	Suffix.	שִׁיר		Perſon.	Suffix.	שִׁירִים
Suffixa ſingularia.	1. C.	ִי	שִׁירִי	Suffixa ſingularia.	1. C.	ַי	שִׁירַי
	2. M.	ְךָ	שִׁירְךָ		2. M.	ֶיךָ	שִׁירֶיךָ
	2. F.	ֵךְ	שִׁירֵךְ		2. F.	ַיִךְ	שִׁירַיִךְ
	3. M.	וֹ	שִׁירוֹ		3. M.	ָיו	שִׁירָיו
	3. F.	ָהּ	שִׁירָהּ		3. F.	ֶיהָ	שִׁירֶיהָ
Suffixa pluralia.	1. C.	ֵנוּ	שִׁירֵנוּ	Suffixa pluralia.	1. C.	ֵינוּ	שִׁירֵינוּ
	2. M.	ְכֶם	שִׁירְכֶם		2. M.	ֵיכֶם	שִׁירֵיכֶם
	2. F.	ְכֶן	שִׁירְכֶן		2. F.	ֵיכֶן	שִׁירֵיכֶן
	3. M.	ָם	שִׁירָם		3. M.	ֵיהֶם	שִׁירֵיהֶם
	3. F.	ָן	שִׁירָן		3. F.	ֵיהֶן	שִׁירֵיהֶן

Anno-

Annotationes.

1. Nomina ſingularia terminata in (הֶ) hanc terminationem abjiciunt, antequàm adjungatur ſuffixum: ut שָׂדֶה *ager*, שָׂדִי *ager meus.*

Terminata autem in (הָ) mutant ה in ת ut מַלְכָּה *Regina*, מַלְכָּתִי *Regina mea.* פֶּחָה *Dux*, פֶּחָתְךָ *Dux tuus.*

2. Nomina Pluralia terminata in וֹת (ut מַלְכוֹת *Reginæ*, אָבוֹת *Patres*) ſumi poſſunt tanquam maſculina ſingularia, ut inde fiant pluralia (אֲבוֹתִים מַלְכוֹתִים): ſi enim his pluralibus fictis jungantur *ſuffixa* more ſolito, omnia rectè ſe habebunt: ut מַלְכוֹתַי מַלְכוֹתֶיךָ *Reginæ meæ, tuæ* &c. אֲבוֹתַי, אֲבוֹתֶיךָ *Patres mei, tui* &c. Sed hujuſmodi nomina recipiunt etiam ſuffixa םָ & ןָ ut מַלְכוֹתָם *Reginæ eorum*, אֲבוֹתָן *Patres earum.*

APPEN-

APPENDIX

De Formatione Nominum.

Nomina formantur à verbis, diversimode.

1. Per meram mutationem punctorum, ut מֶלֶךְ *Rex*, a verbo מָלַךְ *regnavit*.

2. Per repetitionem alicujus literæ radicalis. ut קָדְקֹד *vertex*, à verbo קָדַד *inclinavit verticem*.

3. Per literas הַאֲמַנְתִּי superadditas. Ex his autem literis, מ & א præponi solent, ה postponi, reliquæ præ, vel post.

Variæ etiam sunt nominum classes, per analogiam ad varias Conjugationes verborum. Nomina autem derivata a verbis Imperfectis sequuntur, ut plurimùm, illorum anomalias, seu irregularitates, de quibus postea.

CAPUT III.

De Mutatione Punctorum.

IN cap. præcedenti, ut facilior esset doctrina illa generalis; eligendo exempla, in quibus non requirebatur Punctorum Mutatio, studiosè vitavimus hanc difficultatem, quæ, ut plerisque videtur, est hujus Linguæ præcipua. Nunc autem, ut eam enodemus, sit

§. I.

De mutatione ob Accentum.

Ob Accentum distinctivum, præcipuè si sit unus ex majoribus, varia fit mutatio; punctis, propter pausam, productis.

1. Generaliter, Pathach præcedens mutatur in Camèts. Ut אֱלֹהָי *Deus meus*, pro אֱלֹהַי. אָמָר *dixit*, pro אָמַר.

2. In

2. In nominibus. Shevà mutatur in (ֵ) retracto accentu. Ut פֶּרִי *fructus* pro פְּרִי. Quod frequenter fit ante *suffixum* ךָ ut יָדְךָ *manus tua*, pro יֶדְךָ Sic (ֳ) aliquando mutatur in Chòlem, ut חֹלִי *morbus* pro חֳלִי.

Item (ֵ) præcedens sæpe mutatur in (ָ) ut שָׁמֶשׁ *sol*, pro שֶׁמֶשׁ: sic aliquando in verbis, ut לָשָׁבֶת *sedere*, pro לְשֶׁבֶת.

Unum est nomen אֶרֶץ *terra*, quod, quando ei præfigitur ה, semper mutat prius (ֵ) in Camèts, licet non adsit accentus distinctivus. E contra מֶלֶךְ *Rex*, & צֶדֶק *justitia*, nunquam mutantur ob accentum.

3. In verbis. Shevà mutatur in punctum longum, ex quo ortum habuit, retracto accentu. Ut יִמְסֹרוּ *tradent*, pro יִמְסְרוּ a fut. sing. יִמְסֹר. Illud autem Shevà

mutandum, ſi ortum habuit ex brevi, mutatur in longum ſimile, ut מָסָרוּ *tradiderunt*, pro מָסְרוּ a ſing. מָסַר.

Maccàph è contra mutare ſolet puncta longa in ſimilia brevia. i. e. (ָ) in (ַ) (ֵ) in (ֶ) (וֹ) in Camèts-catùph. ut מַה־ *quid*, pro מָה. אֶת־כָּל־ *totum*, pro אֵת כּוֹל.

§. II.

De Mutatione ob alias cauſas.

Præter Accentum, quatuor ſunt cauſæ, ob quas ſæpè mutantur puncta in nominibus, ideſt, *Suffixum*, *Regimen*, *Numerus* (dualis, aut pluralis) *Genus fæm*: quando in adjectivis, Genus fœmininum formatur ex maſculino. Et (generatim loquendo de mutatione ob iſtas cauſas) quatuor tantùm ſunt puncta mutabilia

i. e.

i. e. (ֳ) (ֵ) (ֶ) (ֹ). Nec nisi in ultima, vel penultima syllaba. Mutantur autem quatuor dicta puncta, ob quatuor dictas causas, juxta regulas sequentes.

Pro (ֳ) (ֵ) (ֶ) in Penult.

Regula. *Camets, Tsere, Segol, quando sunt in penultima syllaba, debent mutari in Shevà, ob quamlibet ex dictis quatuor causis.*

Fit tamen Exceptio: quia Regimen singulare retinet Segòl, & Tserè similiter quando constituit quinque puncta, ut in nomine עֵגֶל *Vitulus.*

Pro eisdem in ultima syllaba.

1. Regula. *Camets ultimum mutatur in singulari in (ַ) ob regimen, & cum affixis* כֶן, כֶם. *In plur. verò mutatur in* (ֵ) *ob regimen, & cum affixis* כֶן כֶם, & הֶם, הֶן.

 2. *Tse-*

2. *Tſere ultimum, ſi præcedat (ָ), mutatur ut Camets: Si præcedat aliud punctum in regim. ſing. manet immotum; aliàs ſemper mutatur in (ְ).*

3. *Segol ultimum (extra regim. ſing. ubi manet) ferè mutatur in (ְ) præterquam in plurali tam ſtatus abſoluti, quam in affixis aliis a* הֶם , הֶן , כֶם , כֶן , *in quibus mutatur in (ֶ).*

Pro (וֹ)

Regula. *Cholem non mutatur, niſi ſit in penultima ſyllaba, & veniat ante Segòl, aut Patach. Tunc autem mutatur in (o) breviſſimum, ſeu (ֳ).*

Excipitur tamen Regimen ſingulare, ubi proinde nulla fit mutatio.

Nota 1. *Patach vicarium* הַ (ֲ) habetur pro (ַ) & eaſdem leges ſequitur. Eſt

au-

autem Pathach vicarium τῷ segòl, quando venit sub, vel ante gutturalem in dictione *Milel*: Ut בַּ֫עַל *Dominus*, pro בֶּ֫עֶל פֶּ֫סַח *Pascha*, pro פֶּ֫סֶח.

Nota 2. Sæpe contingit, ut mutatio facta juxta regulas præcedentes (licet primo, & per se debita) corrigenda sit, juxta regulas assignandas in §. sequenti.

§. III.

Regulæ Generales pro Shevà.

1. REGULA. *Shevà simplex, licet quiescens, raro, mobile autem nunquam ponitur sub gutturali; sed, loco ejus, poni debet Shevà compositum*. Hoc autem Shevà compositum, plerumque est (ֲ), aut aliud affine puncto præcedenti.

Hinc obiter evincitur, dari (o) brevissimum, seu punctum compositum quod

vocavimus *Catèph-Camèts*. Nam ſicut cætera puncta compoſita, ſic (ֳ) ponitur pro Shevà ſub gutturalibus, præſertim poſt (o) breve. Sic dicitur אָהֳלוֹ oholò *tabernaculum ejus*, pro אָהְלוֹ ohlò, ab אֹהֶל. Et ſimiliter fit per totam Conjugationem *Hophàl*, quando prima Radicis eſt gutturalis.

2. Regula. *Punctum compoſitum, ante aliud Shevà, amittit ſuum*. Ut, (ex מַעֲשֶׂה *opus*) מַעַשְׂךָ *opus tuum*: pro מַעֲשְׂךָ. In pauſa autem eſſet מַעֲשֶׂךָ.

3. Regula. *Shevà ſimplex non legitur ante aliud Shevà, ſive ſimplex, ſive compoſitum*. Sed primo Shevà ſimplex ante aliud Shevà ſimplex, mutatur *Communiter* in Chirik-parvum: *Frequenter* in Pathach, præſertim ſub, vel ante gutturalem: *Aliquando* in Segòl, præſertim

ſi

ſi Shevà mutandum originem ducat ex Tſere. Secundò Shevà ſimplex ante Shevà compoſitum, mutatur in punctum affine ipſi compoſito. Ut וַאֲנִי *& ego*, בֶּאֱמֶת *in veritate*, בָּעֳנִי *in afflictione*.

Hinc oritur *Specialis contractio*, ut dicatur בַּארוֹנִי *in Domino*, pro בַּאֲרוֹנִי, & באלהים *in Deo*, pro בֶּאֱלֹהִים. Sic frequens eſt לֵאמוֹר *dicere*, pro לֶאֱמוֹר.

Mutatio ergo punctorum facta juxta regulas datas in §. præcedenti, debet ita corrigi juxta has ultimas tres regulas generales, ut neque Shevà ſimplex legatur ſub gutturali, neque legatur Shevà ſimplex, ſive compoſitum, ante aliud Shevà. Et ſic Mutatio redditur completa.

§. IV.

§. IV.

Exempla Mutationis completæ.

Patet ex regulis de mutatione punctorum, quòd eadem mutatio, quæ fit pro Regimine, seu Forma constructa, inserviat etiam *suffixis* כֶם , כֶן & הֶם , הֶן ; cum interim reliqua *suffixa* sequantur potiùs formam absolutam. Hinc, quatuor illa *suffixa* vocabo *Constructa*, reliqua vocabo *Absoluta*: Et ut res magis adhuc pateat, adjungam exempla, juxta varias Nominum Classes.

Sing. דָּבָר *verbum* cum Suffix. *Absolutis* דְּבָרִי &c.

Reg. דְּבַר Et sic suffix. *Constructa* ut דְּבַרְכֶם.

Plur. דְּבָרִים. Et sic suffix. *Absoluta* ut דְּבָרַי.

Reg. דִּבְרֵי. Et sic suffix. *Constructa* ut דִּבְרֵיכֶם.

Sing.

Sing. שָׁכֵן *vicinus cum Absolutis* ut שְׁכֵנִי &c.

Reg. שְׁכַן Et sic cum Constructis ut שְׁכַנְכֶם.

Plur. שְׁכֵנִים Et sic cum Absolutis ut שְׁכֵנַי.

Reg. שִׁכְנֵי Et sic cum Constructis ut שִׁכְנֵיכֶם.

בֶּגֶד	*Vestis*	Nil mutant ob Regimen sing. sed cum omnib. suffixis sic.	בִּגְדִי
מֶלֶךְ	*Rex*		מַלְכִּי
עֵגֶל	*Vitulus*		עֶגְלִי
קוֹדֶשׁ	*Sanctitas*		קָדְשִׁי

In plurali.	בְּגָדִים	Et sic cum suffix. absolutis. ut	בְּגָדַי
	מְלָכִים		מְלָכַי
	עֲגָלִים		עֲגָלַי
	קֳדָשִׁים		קֳדָשַׁי

Reg. plur.	בִּגְדֵי	Et sic cum suffix. Constructis, ut	בִּגְדֵיכֶם
	מַלְכֵי		מַלְכֵיכֶם
	עֶגְלֵי		עֶגְלֵיכֶם
	קָדְשֵׁי		קָדְשֵׁיכֶם

צדקה

צְדָקָה *Justitia*. Suff. absoluta ut צִדְקָתִי.
Reg. צִדְקַת Suff. Constructa ut צִדְקַתְכֶם.
Pl. צְדָקוֹת, quasi a sing. צְדָק, quia (ut dictum est c. 2. §. 2.) הָ tollitur priusquam addatur וֹת.

Reg. צִדְקוֹת. Plurale fictum (de quo cap. 2.) צִדְקוֹתִים Unde omnia suffixa ut צִדְקוֹתַי, צִדְקוֹתֶיךָ &c.

Eandem formam sequitur שִׁפְחָה *Ancilla* cum aliis multis similiter contractis. Nam (quasi esset in singulari שְׁפָחָה) fit in plurali absoluto שְׁפָחוֹת.

Appendices.

De Punctorum mutatione anomalâ.

Inter legendum, multæ occurrunt Punctorum mutationes anomalæ: quarum præcipuas in his appendicibus breviter explicabo.

Appen-

Appendix I.

De Accentu distinctivo.

Accentus distinctivi, præcipuè majores *Soph-pasùk* & *Athnàk*, faciunt

לָךְ		לְךָ	עָתָּה		עַתָּה
אוֹתָךְ	pro	אוֹתְךָ	אָתָּה	pro	אַתָּה
מִמָּךְ		מִמְּךָ	אָנוֹכִי		אָנֹכִי
בָּךְ		בְּךָ	אָנִי׃		אֲנִי

In illis transponuntur puncta, & syllabarum numerus contrahitur: in istis producuntur puncta, & Accentus retrahitur.

Appendix II.

De Nominibus ortis ex Defectivis ע.

Hæc Nomina nil solent mutare ob Regimen sing. sed aucta a fine per suffixum, numerum pluralem, aut terminationem fœmininam; habent daghèsh ad significandum

candum defectum ; & punctum longum præcedens mutatur in breve, ideft,

(ֵ in ֶ) (ֹ in ָ) (וֹ in ֻ)

Sic שַׂק *faccus*. fuffix. שַׂקִּי . תָּם *perfectus*, *integer*. pl. תַּמִּים fœm. תַּמָּה .

לֵב *Cor*, לִבִּי *cor meum*. חֵן gratia, חִנּוֹ *gratia ejus*. עֹז *robur*, עֻזִּי *robur meum*. תֹּם *perfectio*, תֻּמִּי &c.

In his autem Nominibus (ֵ) repertum fub augmento antecedente, manet. Ut מָגֵן *Clypeus* à גָּנַן *protexit*, Pl. מָגִנִּים . Suffix. מָגִנִּי &c. Excipitur מָחוֹל *Chorus*.

Hæc	פַּת	*Buccella*	Aucta a fine, mutant (ַ) in (ִ) fequente daghèsh. fic Plur. פִּתִּים *Buccellæ* &c.
	מַס	*Tributum*	
	צַר	*Latus*	
	חַת	*Terror*	
	בַּז	*Præda*	
	סַף	*Limen*	
	גַּת	*Torcular*	

Ad

Ad defectiva reducuntur

בַּת *filia*, pro בְּנֶת suffix. בִּתִּי &c.

Pl. בָּנוֹת Et cætera inde regulariter.

אֱמֶת *veritas*, pro אֱמֶנֶת suff. אֲמִתִּי &c.

אַף *facies*, *nasus*, *ira* pro אֲנַף suff. אַפִּי.

APPENDIX III.

De Nominibus ortis ex Quiescentibus י.

1. Hæc

מָוֶת *mors*
תָּוֶךְ *medium*
אָוֶן *iniquitas*

Contrahuntur per (וֹ) ut מוֹתִי *mors mea* &c.

2. Hæc

שׁוֹר *bos*
שׁוּק *platea*
דּוּר *canistrum*

in pl. dilatantur per ו mobile ut שְׁוָרִים *boves*.

3. Hæc & similia

זַיִת *oliva*
עַיִן *oculus*

Contrahunt (ַ) & (ִ) in unum (ֵ) ut זֵיתִים *olivæ* עֵינִי *oculus meus*.

Sed

Sed excipe.

חַיִל *robur exercitus*			חֲיָלִים
עַיִר *pullus asini*	in plur.		עֲיָרִים
תַּיִשׁ *hircus*	habent		תְּיָשִׁים
בַּיִת *domus*			בָּתִּים

Et שַׁיִת *vepres*, habet cum suffixo שִׁיתוֹ

4. Hæc

עִיר *civitas*	habent	עָרִים	per ָ immutabile.
רֹאשׁ *caput*	in plur.	רָאשִׁים	per ָ mutabile.
יוֹם *dies*		יָמִים	

Appendix IV.

De nominibus ortis ex Quiescentibus Lamedh-He.

1. Disyllaba quædam terminata in ֶה & וּת non mutant (ֵ) in penultima

אָלָה *juramentum*	cum suffix.	אָלָתִי
בָּרוּת *Esca*, &c.		בָּרוּתִי

Huc reducuntur רָמָה & רָמוֹת *excelsum*. Item רָעָה *malum*. צָרָה *angustia*. Et alia quædam similia.

2. No-

2. Nomina finita in הֶ ut מִקְנֶה *possessio* (a קָנָה *possedit*) ob Reg. sing. mutant (ֶ) in (ֵ) ut מִקְנֵה צֹאן *possessio pecoris*. Aucta a fine amittunt ה, unde fit in plur. מִקְנִים. Denique recipiunt suffixum verbale הוּ, ut מִקְנֵהוּ *possessio ejus*.

3. Quædam monosyllaba variantur, ut sequitur.

אָב *pater*. Suffixa absoluta. אָבִי אָבִיךָ, אָבִיךְ vel אָבִיהוּ, אָבִיהָ. אָבִינוּ.

Reg. Singul. אֲבִי. Suffixa constructa אֲבִיכֶם &c.

Plur. אָבוֹת Reg. אֲבוֹת. Suff. regulariter.

אָח *frater*, ut אָב. sed in Plur. אַחִים. Reg. אֲחֵי. חָם *socer*, ut אָב. sed in Bibl. tantum חֲמִיךְ, חֲמִיהָ.

דָּם *sanguis*. Omnia regulariter, præter דִּמְכֶם. יָד *manus* nil irregularit. præ-

ter יַרְכָּן, יַרְכֶם · פֶּה *os* reg. Sing. פִּי · Suffixa. פִּי פִּיךָ &c. ut in אָב.

Plur. פִּים פֵּיוֹת פִּיוֹת פִּיפִיּוֹת

שֶׂה *agnus*. Reg. שֵׂה · Suffix. שֵׂיו & שֵׂיהוּ

בֵּן *filius*. Reg. בֶּן vel בֵּן. Pl. בָּנִים) cætera regularia.

שֵׁם *Nomen*. Reg. שֵׁם. Pl. שֵׁמוֹת) gularia.

Appendix V.

De Camèts.

1 | שָׁלִישִׁים *Tribuni* | שָׁבֻעִים *Septimanæ*) retinent (ָ) ut distinguantur a שְׁלִישִׁים *Tertiani*, שְׁבֻעִים *jurati*.

2 | אִכָּרִים *agricolæ* | חַטָּאִים *peccatores* | חָרָשִׁים *fabri*) Et alia quædam similia ubique retinent (ָ)

Nota. חָרָשִׁים est ejusdem formæ cum חַטָּאִים. Primum enim (ָ) ponitur pro (ַ) ad compensandum daghèsh exclusum ex Resh.

קָטָן

3	קָטָן *parvus*)	Et alia quædam simi-
	גָּמָל *camelus*)	lia Euphoniæ gratiâ,
	אוֹפָן *rota*)	mutant ultimum (ָ)
	מִשְׂגָּב *refugium*)	in (ַ) sequente da-
	שָׁפָן *cuniculus*)	ghèsh. ut קְטַנִּים &c.

APPENDIX VI.

De Tserè.

Hæc & quædam similia retinent (ֵ)

אֲפֵלָה *caligo*	אֲבֵלִים *lugentes*
בְּרֵכָה *piscina*	שְׂמֵחִים *lætantes*
גְּזֵלָה *rapina*	חֲפֵצִים *volentes*
שְׁאֵלָה *petitio*	שְׁכֵחִים *obliviscentes*

Item בְּאֵר *puteus* & similia frequentius retinent (ֵ)

Hæc autem constanter.

רֵאשִׁית *principium*)	Et omnia ubi
אֵיבָה *inimicitia*)	(ֵ) sic venit ante
הֵיכָל *templum*)	quiescentem.

Nota. חֵרֵשׁ *surdus*, est ejusdem formæ cum אִלֵּם *mutus*. Primum enim (ֵ)

ponitur pro ( ) ob daghèsh exclusum ex Resh. Et ideo manet in Plur. חֳרָשִׁים.

Appendix VII.

De Segòl.

Segòl in Dualibus ubique mutatur in Shevà. Ut אֹזֶן *auris*. Dual. אָזְנַיִם. suffixa omnia ut אָזְנַי &c.

Nota. גַּחֶל (unde plur. גֶּחָלִים *prunæ*) sicut & פֶּחָם *carbo*, est ejusdem formæ cum גַּנָּב *fur*. Illud enim (ֶ) ponitur pro (ַ) ante חֶ (ut dictum est pag. 25.) & ideò (ֶ) illud manet, quamdiu manet ח cametsatum. At quando mutatum fuerit (ֶ) sub ח, tunc etiam (ַ) (excluso ֶ) sedem sibi debitam occupat. Unde dicitur in Regimine גַּחֲלֵי אֵשׁ *prunæ ignis*.

Appen-

APPENDIX VIII.

De Cholem.

1	בֹּקֶר *mane* / פֹּעַל *actio* / קֹמֶץ *pugillus* / רֹמַח *ſpiculum* / רֹתֶם *juniperus*	In plurali absoluto mutant Cholem in Shevà. Ut בְּקָרִים &c.
2	אֹהֶל *tabernaculum* / כּוֹבַע *galea* / פֹּעַל *actio*	In plur. abſoluto & cum ſuffixis aliquando retinent Cholem.

Cætera hujus formæ nomina, juxta regulam generalem, mutant Cholem in (ֳ) quod (ſicut cætera puncta compoſita) ante aliud Shevà, amittit ſuum: & ſic tranſit in (o) breve. Aliquando

tamen transit in (ֵ) ut גֵּדְלוֹ magnitudo ejus a גֹּדֶל.

Cholem ultimæ syllabæ sæpe, Euphoniæ gratiâ, mutatur in (ֻ) sequente daghèsh. Ut אָדֹם *rufus*, plurale אֲדֻמִּים: sic

חַרְטֹם	*magus*	נָקֹד	*punctatum*
קַרְדֹּם	*securis*	עָקֹד	*variegatum*
עָרֹם)	*nudus*	עָקֹב	*fraudulentum*
עֵירֹם)		עָמֹק	*profundum*

Præter omnem regulam אֱנוֹשׁ *homo* fit in plur. אֲנָשִׁים.

CA-

CAPUT IV.

De Verbo Perfecto.

VErba apud Hebræos habent duo Tempora, *Præteritum* & *Futurum*: pro *Præsenti* utuntur Participio, quod ideo vocatur *Benonì*, seu intermedium; quia medium est inter Præteritum, & Futurum. Dicunt v. g. *Ego tradens*, *tu tradens* &c. pro *trado*, *tradis* &c.

Sunt 4. Conjugationes.

1. *Kal* seu *Paal*; cujus Passiva est *Niphal*.

2. *Piel*: cujus Passiva *Pual*.

3. *Hiphil*: cujus Passiva *Hophal*.

4. *Hithpael*; quæ, quia est reciproca, non habet Passivam. Hæc autem Conjugationum nomina ortum ducunt ex antiquo paradigmate פָּעַל.

Idem verbum inflectitur per omnes illas Conjugationes : sed sic acquirit diversas significationes. v. g. מָסַר

In 1. Conjung. nudè significat actionem, ideſt, *tradidit*, vel paſſionem נִמְסַר *traditus eſt*.

In 2. additur emphaſis : מִסֵּר *diligenter tradidit*, מֻסַּר *diligenter traditus eſt*.

In 3. ſignificat actionem, mediante aliâ actione, vel paſſione : הִמְסִיר *fecit tradere*, הָמְסַר *factus eſt tradere*.

In 4. ſignificat actionem reciprocam ; הִתְמַסֵּר *tradidit ſe ipſum*.

Sic plerumque, ob varias Conjugationes, variatur verborum ſignificatio : quando aliter continget, Lexicon indicabit : Hoc ſpecialiter notari poteſt, quòd Verba, quæ in *Kal* ſunt neutra, in *Piel* fiant activa. Quid autem quæque

Conju-

Conjugatio contineat, sequens tabula exhibebit, simul cum paradigmate, ad cujus normam conjugari debent omnia verba perfecta. Si *Kal* accuratè discatur, ut debet, nulla ferè restabit difficultas in *Niphal*, cæterisque Conjugationibus addiscendis. Ipsa Conjugationum nomina *Niphal*, *Piel* &c. primam vocem suggerent: & reliquæ, quasi sponte venient ad imitationem ipsius *Kal*, præsertim si prius legeris Annotationes subjungendas.

HITH-

HITHPAEL.	HOPHAL.	HIPHIL.	PVAL.
הִתְמַסֵּר	הָמְסַר	הִמְסִיר	מֻסַּר
הִתְמַסְּרָה	הָמְסְרָה	הִמְסִירָה	מֻסְּרָה
הִתְמַסַּרְתָּ	הָמְסַרְתָּ	הִמְסַרְתָּ	מֻסַּרְתָּ
הִתְמַסַּרְתְּ	הָמְסַרְתְּ	הִמְסַרְתְּ	מֻסַּרְתְּ
הִתְמַסַּרְתִּי	הָמְסַרְתִּי	הִמְסַרְתִּי	מֻסַּרְתִּי
הִתְמַסְּרוּ	הָמְסְרוּ	הִמְסִירוּ	מֻסְּרוּ
הִתְמַסַּרְתֶּם	הָמְסַרְתֶּם	הִמְסַרְתֶּם	מֻסַּרְתֶּם
הִתְמַסַּרְתֶּן	הָמְסַרְתֶּן	הִמְסַרְתֶּן	מֻסַּרְתֶּן
הִתְמַסַּרְנוּ	הָמְסַרְנוּ	הִמְסַרְנוּ	מֻסַּרְנוּ
אֶתְמַסֵּר	אָמְסַר	אַמְסִיר	אֲמֻסַּר
תִּתְמַסֵּר	תָּמְסַר	תַּמְסִיר	תְּמֻסַּר
תִּתְמַסְּרִי	תָּמְסְרִי	תַּמְסִירִי	תְּמֻסְּרִי
יִתְמַסֵּר	יָמְסַר	יַמְסִיר	יְמֻסַּר
תִּתְמַסֵּר	תָּמְסַר	תַּמְסִיר	תְּמֻסַּר
נִתְמַסֵּר	נָמְסַר	נַמְסִיר	נְמֻסַּר
תִּתְמַסְּרוּ	תָּמְסְרוּ	תַּמְסִירוּ	תְּמֻסְּרוּ
יִתְמַסְּרוּ	יָמְסְרוּ	יַמְסִירוּ	יְמֻסְּרוּ
תִּתְמַסֵּרְנָה	תָּמְסַרְנָה	תַּמְסֵרְנָה	תְּמֻסַּרְנָה

PIEL.	NIPHAL.	KAL.	Persona		
מִסֵּר	נִמְסַר	מָסַר	3. m.	Singularis.	PRÆTERITUM.
מִסְּרָה	נִמְסְרָה	מָסְרָה	3. f.		
מִסַּרְתָּ	נִמְסַרְתָּ	מָסַרְתָּ	2. m.		
מִסַּרְתְּ	נִמְסַרְתְּ	מָסַרְתְּ	2. f.		
מִסַּרְתִּי	נִמְסַרְתִּי	מָסַרְתִּי	1. c.		
מִסְּרוּ	נִמְסְרוּ	מָסְרוּ	3. c.	Pluralis.	
מִסַּרְתֶּם	נִמְסַרְתֶּם	מְסַרְתֶּם	2. m.		
מִסַּרְתֶּן	נִמְסַרְתֶּן	מְסַרְתֶּן	2. f.		
מִסַּרְנוּ	נִמְסַרְנוּ	מָסַרְנוּ	1. c.		
אֲמַסֵּר	אֶמָּסֵר	אֶמְסוֹר	1. c.	Singularis.	FUTURUM.
תְּמַסֵּר	תִּמָּסֵר	תִּמְסוֹר	2. m.		
תְּמַסְּרִי	תִּמָּסְרִי	תִּמְסְרִי	2. f.		
יְמַסֵּר	יִמָּסֵר	יִמְסוֹר	3. m.		
תְּמַסֵּר	תִּמָּסֵר	תִּמְסוֹר	3. f.		
נְמַסֵּר	נִמָּסֵר	נִמְכוֹר	1. c.	Pluralis.	
תְּמַסְּרוּ	תִּמָּסְרוּ	תִּמְסְרוּ	2. m.		
יְמַסְּרוּ	יִמָּסְדוּ	יִמְסְרוּ	3. m.		
תְּמַסֵּרְנָה	תִּמָּסַרְנָה	תִּמְסוֹרְנָה	2. 3. f.		

HITHPAEL.	HOPHAL.	HIPHIL.	PVAL.
הִתְמַסֵּר הִתְמַסְּרִי הִתְמַסְּרוּ הִתְמַסֵּרְנָה	*Caret Imperativo.*	הַמְסֵר הַמְסִירִי הַמְסִירוּ הַמְסֵרְנָה	*Caret Imperativo.*
הִתְמַסֵּר	הָמְסֵר	הַמְסִיר הַמְסֵר	מֻסַּר
מִתְמַסֵּר	מָמְסָר	מַמְסִיר	מְמֻסָּר

PIEL.	NIPHAL.	KAL.	Persona		
מַסֵּר	הִמָּסֵר	מְסוֹר	2. m.	Singul.	IMPERAT.
מַסְּרִי	הִמָּסְרִי	מִסְרִי	2. f.	Singul.	IMPERAT.
מַסְּרוּ	הִמָּסְרוּ	מִכְרוּ	2. m.	Plur.	IMPERAT.
מַסֵּרְנָה	הִמָּסַרְנָה	מְסוֹרְנָה	2. f.	Plur.	IMPERAT.
מַסֵּר	הִמָּכֵר	מְסוֹר מְסוֹר	Infinit.	Participium Præteritum, Paul.	
מְמַסֵּר	נִמְסָר	מוֹסֵר	Benoni.	מָסוּר	

Annotationes Generales.

1. Incipitur conjugatio a tertia Persona Præteriti : quia illa (in *Kal*.) est simplex Radix. Et inde formantur reliquæ ferè omnes Personæ Præteriti, addendo ultimas syllabas pronominum.

2. Infinitivus dicitur מָקוֹר i. e. *fons* : quia inde formantur reliqua fere omnia.

Gerundia ab Infinitivo formantur per literas בְּכְלָם præfixas. Sed in *Kal*, & *Hiphil* (præter formam communem primo loco expressam in Tabula) est alia Infinitivi Forma æquivalens Gerundio in *do* : Hæc autem nudè usurpatur (seu sine literâ præfixâ) & plerumque in duplicatione verbi, ut מָסוֹר תִּמְסוֹר *tradendo trades*.

Futura ab Infinitivo formantur, præfigendo literas אֵיתָן, per se loquendo, sheva-

shevatas: pulchrè alludunt ad pronomina Latina: א *Ego*, ת *Tu*, י *Ille*, נ *Nos*. Unde illas hoc ordine numeratas, vocabo *Etinales*.

Participia etiam (exceptis participiis primæ conjugationis) ab Infinitivo præcipuè formantur, præfigendo מ, quod etiam, per se loquendo, est Shevatum. Sed regula est generalis.

Literæ Etinales, & Mem Participii, excludunt ה *characteristicum sequens, & Punctum ejus assumunt*.

3. Participia declinantur ut nomina: sed habent in fœminino singulari duplicem formam. Sic exempli gratiâ.

In

In Kal.		In Niphal.	
Sing. masc.	מוֹסֵר	Sing. masc.	נִמְסָר
Fœm.	מוֹסְרָה	Fœm.	נִמְסָרָה
	מוֹסֶרֶת		נִמְסֶרֶת
Plur. masc.	מוֹסְרִים	Plur. masc.	נִמְסָרִים
Fœm.	מוֹסְרוֹת	Fœm.	נִמְסָרוֹת

Annotationes speciales.

Pro Kal.

1. Kal habet pro notâ characteristicâ; quòd nullum habeat *daghèsh forte*; nec augmentum antecedens, præter literas *Etinales*: Et ab hujusmodi oneris carentiâ vocatur *Kal* i. e. *Levis*.

2. Præter terminationem communem, Præteritum *Kal* aliquando terminatur in (̈) ut זָקֵן *senuit*. Sed inflectitur ad paradigma commune sic: זָקֵן זָקְנָה זָקַנְתָּ &c. Tunc autem Benonì non differt

differt à Præterito : dicitur enim זָקֵן *senuit*, & זָקֵן *senescens*.

Aliquando etiam, sed rarius, terminatur in Cholem, ut יָכֹל *potuit*. Hoc autem Cholem, prorsus ut Pathach, aut manet, aut mutatur. Sic enim inflectitur : יָכֹל, יָכֹלְתָּ, יָכֹלְתְּ &c. Ob translationem tamen accentûs, Cholem transit in Camèts-catùph, ut וְיָכָלְתָּ *& poteris*. Unde & in secunda Pers. Plur. debet similiter dici, יְכָלְתֶּם, יְכָלְתֶּן.

3. In multis verbis Neutris, & illis quæ habent gutturalem pro secunda, vel tertia Radicis Futurum, & Imperativus *Kal*, non terminantur juxta paradigma commune in (ֹ) sed in (ַ) ut יִשְׁכַּב *cubabit*. גְּאַל *redime*. שְׁמַע *audi*. Sic infinitivus aliquando, ut לִשְׁכַּב *cubare*.

4. Literæ *Etinales* sæpe retinent punctum

ctum breve, eis debitum propter affinitatem cum puncto composito, quod literæ sequenti debetur; licet illud punctum compositum non exprimatur. Sic contractè dicitur יֶחְסוֹר pro יֶחֱסוֹר *deficiet*. יֶחְפַּר pro יֶחֱפַּר *erubescet*.

Annotationes speciales:

Pro reliquis Conjugationibus.

1. *Niphal*, pro Notâ characteristicâ habet נ in fronte. Quia autem illud נ non exprimitur, nisi in Præterito, & Participio, compensatur in futuro ejus defectus per daghèsh in prima Radicis: utque illud daghèsh sentiatur, Infinitivo, & Imperativo præfigitur ה. *Etinales* hoc faciunt in Futuro.

2. *Piel*, pro Notâ suâ, habet daghèsh in media Radicis. Sic etiam *Pual*,

sed

ſed præcedente Kibbùts. Nullum autem habent augmentum antecedens, præter *Etinales*, & מ Participii.

3. *Hiphil* pro Notâ ſuâ habet ה prefixum per ( ) aut ( ) & quando, *ab Etinalibus*, aut מ Participii, excluditur illud ה, punctum ejus ( ) manet ſub literâ excludente: mediat etiam ( ) inter ſecundam, & tertiam Radicis: per quæ, ſatis diſtinguitur Conjugatio. Sed

Nota. Sæpe in Futuro Hiphil, mutatur illud ( ) in ( ) præſertim quando adeſt (ו) Controverſivum.

4. *Hophal* pro Notâ ſuâ habet ה præfixum per Camèts-catùph. Quod etiam, excluſo ה per *Etinales*, aut מ Participii, manet ſub litera excludente. Sed

Nota. Illud Camèts-catùph aliquan-

 do,

do, præſertim in Participio; mutatur in Kibbùts.

5. *Hitphael* pro Notâ ſuâ præter daghèsh forte in media Radicis, habet præfixam particulam הִתְ, aut aliam ſimilem, quando ה excluditur *ab Etinalibus*, aut מ Participii. Sed

Nota. Quando prima Radicis eſt una ex literis זסצשׁ, ad vitandum ſtridorem, ת characteriſticum illi poſtponitur, ut הִשְׁתַּמֵּר *cuſtodivit ſe*, pro הִתְשַׁמֵּר. Idemque ת poſt ז in ד, poſt צ in ט mutatur, ut הִצְטַדֵּק *juſtificavit ſe*, pro הִתְצַדֵּק. Hæc autem raró.

Appendix
Pro Gutturalibus.

Quando literas juxta paradigma Shevandas contingit eſſe gutturales; obſer-

ſervandæ ſunt Regulæ generales de Shevà, vide illas ſupra cap. 3. pag. 39. Juvabit autem ſpecialiùs notaſſe ſequentia.

1. Si prima Radicis ſit gutturalis; in Præteritis *Hiphil*, & *Niphal*, ac Participio *Niphal*, habet plerumque (ֲ) & augmentum antecedens habet (ַ) ut הֶעֱבִיר *tranſire fecit*.

2. Idem fit interdum in Futuro *Kal*, ſi prima Radicis ſit א, aut ה, ut יֶאֱמוֹר *amiciet*, יֶחְפַּר *erubeſcet*.

3. Fit etiam in Imperativo, & Infinitivo *Kal*, ſi prima Radicis ſit א, ut אֱמֹר *dic*, לֶאֱסֹף *congregare*.

CAPUT V.

De Verbo Imperfecto.

VErba Imperfecta ſunt vel *Defectiva*, vel *Quieſcentia*. Defectiva ſunt, in quibus litera aliqua radicalis inter conjugandum deficit, factâ compenſatione per daghèsh. Quieſcentia ſunt, in quibus litera aliqua radicalis quieſcit, aut abjicitur, compenſatione factâ non per daghèsh, ſed per punctum vocale longum.

Reduci poſſunt ad 6. Claſſes.

1. Defectiva *Pe-Nun* ut נָגַשׁ *acceſſit*.
2. Quieſcentia *Pe-Jod* ut יָשַׁב *ſedit*.
3. Def. *duplicantia* ע ut סָבַב *circuivit*.
4. Quieſc. *Ajin-Vau* ut קוּם *ſurgere*.
5. Quieſc. *Lamed-Aleph* ut בָּרָא *creavit*
6. Quieſc. *Lamed-He* ut קָנָה *poſſedit*.

Expli-

Explico terminos. Ab antiquo Paradigmate פָּעַל, prima litera cujuſque Radicis vocatur *Pe*, ſecunda vocatur *Ajin*, Tertia vocatur *Lamedh*. Unde verbum Defectivum *Pe-Nun*, eſt verbum Defectivum, in quo prima litera Radicis eſt *Nun*. Verbum Quieſcens *Lamed-He*, eſt verbum Quieſcens, in quo tertia litera Radicis eſt *He*. Et ſic de cæteris.

Aliqui ponunt aliam claſſem, ideſt, Quieſcentia *Pe-Aleph*. ut אָכַל *comedit*. אָבַד *periit*. אָמַר *dixit* &c. Sed pauca illorum ſunt imperfecta, nec niſi in Futuro *Kal*, quod ſic formatur

אֹכַל comedam) (אֹכֵל
תֹּאכַל comedes. m.) vel per (ֵ) (תֹּאכֵל
תֹּאכְלִי comedes. f. &c.) (תֹּאכֵלִי

Pro verbis ergo *Pe-Aleph*, ſufficit dicere, quod pauca illorum habeant iſtam

ſpecialem anomaliam in Futuro, in cujus prima perſona ſing. א radicale abjicicitur; in reliquis autem perſonis manet quieſcens in Cholem. Illa verò *Pauca* ſunt præcipuè tria prædicta. Eandem tamen anomaliam ſequuntur, אָבָה *voluit*, אָפָה *coxit*. Et aliquando hæc tria אָהַב *dilexit*, אָחַז *tenuit*, אָסַף *congregavit*. Pergamus nunc ad propoſitas ſex Claſſes explicandas.

I. Classis.

Defectiva *Pe-Nun*.

In his verbis *Nun Shevandum tollitur* (excipe Præteritum *Kal*, & Participium *Pual*), & defectus, ubi poteſt, notatur per *Daghesh forte* in litera ſequente, ut יִגַּשׁ *accedet*, pro יִנְגַּשׁ.

Item Infinitivus *Kal* aſſumit ֶת ut גֶּשֶׁת *accedere*.

In

In nullo alio differunt hæc verba à perfectis. Unde ſufficit in paradigmate exhibere illa, in quibus Nun, quia Shevandum eſſet, tollitur. Fit ergo a נָגַשׁ *Acceſſit.*

KAL.	*NIPHAL.*	*HIPHIL.*	*HOPHAL.*
Futurum	Præteritũ	Præteritũ	Præt.
אֶגַּשׁ	נִגַּשׁ	הִגִּישׁ	הֻגַּשׁ
תִּגַּשׁ	נִגְּשָׁה	הִגִּישָׁה	הֻגְּשָׁה
&c. תִּגְּשִׁי	&c. נִגַּשְׁתָּ	&c. הִגַּשְׁתָּ	&c. הֻגַּשְׁתָּ
Imperat.	Particip.	Futurum	Futurum
גַּשׁ	נִגָּשׁ	אַגִּישׁ	אֻגַּשׁ
&c. גְּשִׁי		Et ſic per totã Conjugat.	Et ſic per totã Conjugat.
Infinitiv.			
גֶּשֶׁת			

Annotationes.

1. Hanc formam ſequuntur quædam alia verba, לָקַח *accepit*, יָנַח *reliquit*, יָקַף *circuivit*: Et quæ incipiunt a (יָצ) excepto

pro uno יָצָא *Exivit*, quod pertinet ad classem sequentem.

2. Formam in Paradigmate expressam sequuntur verba *Pe-Nun*, quatenus, recedendo à forma perfectorum, sunt imperfecta. Sæpe autem fit, ut illa (sicut & alia verba imperfecta) contra formam propriam, aliqua ex parte sequantur formam perfectorum. Sic a נָפַל *cecidit*, fit in Fut. *Kal* אֶפֹּל תִּפֹּל &c. cum terminatione Cholem, more perfectorum: & prorsus perfectè תִּנְדֹּף *impelles*. Sic in Imperativo, נְצֹר *custodi*: in Infinitivo לִנְדֹּר *vovere*.

II. CLASSIS.

Quiescentia *Pe-Jod*.

Hæc Classis multum convenit cum præcedente: nam etiam hìc Infinitivus assu-

assumit תֶת. Et ſicut ibi *Nun*, ita hîc *Jod Shevandum tollitur*. Compenſatio autem non fit per daghèsh, ſed per punctum vocale longum, ideſt, per (ֵ) in *Kal*, per (וֹ) in *Niphal*, & *Hiphil*, per (וּ) in *Hophal*. Fit ergo a verbo יָשַׁב *Habitavit*, ut in Paradigmate ſequenti.

KAL.	*NIPHAL.*	*HIPHIL.*	*HOPHAL.*
Futurum	Præteritũ	Præteritũ	Præt.
אֵשֵׁב	נוֹשַׁב	הוֹשִׁיב	הוּשַׁב
תֵּשֵׁב	נוֹשְׁבָה	הוֹשִׁיבָה	הוּשְׁבָה
&c. תֵּשְׁבִי	&c. נוֹשַׁבְתָּ	הוֹשַׁבְתָּ	הוּשַׁבְתָּ
Imperat.	Particip.	Futurum	Fut.
שֵׁב	נוֹשָׁב	אוֹשִׁיב	אוּשַׁב
&c. שְׁבִי		Et ſic per	Et ſic per
Infinit.		totã Con-	totã Con-
שֶׁבֶת		jugat.	jugat.

Anno-

Annotationes.

1. Futurum *Kal* aliquando non abjicit ipſum (י) shevandum, ſed tantùm ejus Shevà: tunc autem ſolet terminari in (ֵ) ut אִיבַשׁ *areſcam*, תִּיבַשׁ *areſces*. Dicitur tamen יִבַשׁ *areſcet*, pro יִיבַשׁ, Jodh radicali, & ſervili concurrentibus in unum Jodh. Sic & in *Piel*, יִבֵּשׁ *ſiccabit*, pro יְיַבֵּשׁ.

2. Unum verbum יָכֹל *potuit*, dici ſolet formare Futurum *Kal* ſpeciali modo ſic: אוּכַל, תּוּכַל &c. Sed quid prohibet dicere, illud eſſe Futur. *Hophal*? Paradigma ſic exigit, & convenit ſignificatio propria Conjugationis *Hophal*.

3. *Niphal* mutat (י) dagheshandum in (ו) ut הִוָּשֵׁב *inhabitari*, pro הִיָּשֵׁב. Sic etiam aliquando in *Hitphael* (י) muta-

mutatur in (ו) ut הִתְוַדָּה *confessus est*, הִתְוַדַּע *se notum fecit*, הִתְוַכַּח *disceptavit*. Pro הִתְיַדָּה &c.

4. Quædam Verba hujus Classis, in *Hiphil* non abjiciunt Jodh shevandum, sed illud retinent quiescens in (ֵ) ut הֵיטִיב *benefecit*, a יָטַב, sic הֵימִין *dextravit*, הֵינִיק *lactavit*, הֵילִיל *ululavit*.

III. Classis.

Defectiva duplicantia Ajin.

In hac classe, *Piel*, *Pual*, & *Hitphael* vel omnino non differunt a verbis perfectis, vel in hoc tantùm differunt, quod, abjecto daghèsh characteristico, punctum præcedens mutent in (i) immutabile. Unde in *Piel*, pro סִבֵּב dicitur, סוֹבֵב &c.

Reli-

Reliquæ etiam Conjugationes aliquando ſunt perfectæ : quando autem deficiunt, formantur ut in Paradigmate ſequenti, סָבַב *Circuivit*, quod contractè, ſive defectivè dicitur סַב.



Par-

Partic.	Infin.	Imperat.	Futur.	Præterit.	
Benoni	סוֹב	טוב	אָסוֹב	סַב	KAL.
סוֹבֵב		סוֹבִּי	תָּסוֹב	סַבָּה	
Paul		סוֹבּוּ	תָּסוֹבִּי	סַבּוֹתָ	
סָבוּב		סֻבֶּינָה	יָסוֹב	סַבּוֹת	
utrumque est perfectum.			תָּסוֹב	סַבּוֹתִי	
			נָסוֹב	סַבּוּ	
			תָּסוֹבּוּ	סַבּוֹתֶם	
			יָסוֹבּוּ	סַבּוֹתֶן	
			תְּסֻבֶּינָה	סַבּוֹנוּ	
נָסָב	הִסּוֹב	הִסַּב	אֶסַּב	נָסַב	NIPHAL.
נְסַבָּה		הִסַּבִּי	תִּסַּב	נָסַבָּה	
נְסַבִּים		הִסַּבּוּ	תִּסַּבִּי	נְסַבּוֹתָ	
נְסַבּוֹת		הִסַּבֶּינָה	יִסַּב &c.	נְסַבּוֹת &c.	
מֵסֵב	הָסֵב	הָסֵב	אָסֵב	הֵסֵב	HIPHIL.
מְסִבָּה		הָסֵבִּי	תָּסֵב	הֵסֵבָּה	
מְסִבִּים		הָסֵבּוּ	תָּסֵבִּי	הֲסִבּוֹתָ	
מְסִבּוֹת		הֲסִבֶּינָה	יָסֵב &c.	הֲסִבּוֹת &c.	
מוּסָב	הוּסֵב	Caret Imperativo.	אוּסַב	הוּסַב	HOPHAL.
מוּסַבָּה			תּוּסַב	הוּסַבָּה	
מוּסַבִּים			תּוּסַבִּי	הוּסַבּוֹת	
מוּסַבּוֹת			יוּסַב &c.	הוּסַבּוֹת &c.	

Annotationes.

1. In his Defectivis secunda Radicis litera abjicitur. Unde ad defectum significandum infigitur daghèsh in tertia, ubicunque, auctâ voce à fine, sentiri potest.

2. Ut daghèsh illud melius sentiatur in Præteritis, tertia Radicis habet (ֹו) ubi deberet habere Shevà, hoc est, in primis, & secundis personis: Et, si fuerit punctum longum mutabile sub augmento antecedente (ut contingit in *Niphal* & *Hiphil*) corripitur in Shevà: quia tunc removetur accentus. Quæ ratio facit etiam ut punctum longum sub prima Radicis mutetur in breve: quod patet ex paradigmate in pluribus locis.

3. Ad Defectiva reducuntur verba, quæ desinunt in ן vel ת. Abjiciunt enim illas

illas literas ante servilem similem; & servilis duplicatur per daghèsh. Ut, שָׁכַנּוּ *habitavimus* pro שָׁכַנְנוּ a שָׁכַן *habitavit* כָּרַתִּי *succedi* pro כָּרַתְתִּי a כָּרַת *succidit*.

IV. CLASSIS.

Quiescentia *Ajin-Vau*.

Hæc Classis in multis convenit cum præcedente. In *Piel*, *Pual*, & *Hitphael*, prima Radicis habet (ו) immutabile, & duplicatur tertia. Sic a קום *surgere* (in hac enim verborum classe, Infinitivus est Radix) fit in Præterito *Piel*, קוֹמֵם קוֹמְמָה קוֹמַמְתָּ &c. in Futuro אֲקוֹמֵם תְּקוֹמֵם &c. In *Pual*, קוֹמַם &c. In *Hitphael* הִתְקוֹמֵם &c. Unde in his Conjugationibus, hæc classis prorsus convenit cum præcedente. Quid autem fiat in aliis Conjugationibus, Paradigma sequens קָם *surrexit*, indicabit.

HOPHAL.	HIPHIL.	NIPHAL.	KAL.	
הוּקַם	הֵקִים	נָקוֹם	קָם	Præteritum.
הוּקְמָה	הֵקִימָה	נָקוֹמָה	קָמָה	
הוּקַמְתָּ	הֲקִימוֹתָ	נְקוּמוֹתָ	קַמְתָּ	
הוּקַמְתְּ	הֲקִימוֹת	נְקוּמוֹת	קַמְתְּ	
הוּקַמְתִּי	הֲקִימוֹתִי	נְקוּמוֹתִי	קַמְתִּי	
הוּקְמוּ	הֵקִימוּ	נָקוֹמוּ	קָמוּ	
הוּקַמְתֶּם	הֲקִימוֹתֶם	נְקוּמוֹתֶם	קַמְתֶּם	
הוּקַמְתֶּן	הֲקִימוֹתֶן	נְקוּמוֹתֶן	קַמְתֶּן	
הוּקַמְנוּ	הֲקִימוֹנוּ	נְקוּמוֹנוּ	קַמְנוּ	
אוּקַם	אָקִים	אֶקּוֹם	אָקוּם	Futurum.
תּוּקַם	תָּקִים	תִּקּוֹם	תָּקוּם	
תּוּקְמִי	תָּקִימִי	תִּקּוֹמִי	תָּקוּמִי	
יוּקַם &c.	יָקִים &c.	יִקּוֹם &c.	יָקוּם &c.	
Caret Imperativo.	הָקֵם	הִקּוֹם	קוּם	Imperativus.
	הָקִימִי	הִקּוֹמִי	קוּמִי	
	הָקִימוּ	הִקּוֹמוּ	קוּמוּ	
	הָקֵמְנָה	הִקּוֹמְנָה	קוּמְנָה	
מוּקָם	מֵקִים	נָקוֹם	קָם	Benoni.
הוּקַם	הָקִים הָקֵם	הִקּוֹם	קוּם קוֹם	Infini.

Annotationes.

1. In tertiis personis Præteriti *Kal*, prima Radicis habet ferè semper (ֵ) ut in Paradigmate. Aliquando tamen habet (ֵ) ut (a מוּת *mori*) מֵתוּ מֵתָה מֵת. Sed etiam tunc habet (ַ) in reliquis personis, ut מַתִּי מַתָּ מַתְּ (pro מַתְתָּ מַתְתְּ מַתְתִּי Aliquando habet (וֹ) in omnibus personis ut אוֹרְתִּי, אוֹרְתָּ אוֹרְתְּ, אוֹרָה אוֹר. Et tunc tertia persona sing. masc. Præteriti *Kal* non differt ab Infinitivo. Unde dicitur אוֹר *splenduit* & אוֹר *splendere*. בּוֹשׁ *erubuit*, & בּוֹשׁ *erubescere*. Non tamen valet è converso, ut (וֹ) si sit in Infinitivo *Kal*, debeat etiam esse in Præterito: dicitur enim in Infin. בּוֹא *ingredi*; sed in Præterito, בָּא *ingressus est*.

2. Sicut in classe præcedente, ita & hìc in Præteritis *Niphal*, & *Hiphil*,

 ter-

tertia Radicis habet (ו) in primis, & secundis personis, & punctum longum sub augmento antecedente, corripitur in Shevà. Sed simul notandum est quod in *Niphal* alterum (ו) præcedens, Euphoniæ causâ, mutetur in (ו) Et quod *Hiphil* alio etiam modo inflectatur sine (ו) sic הֵקִים, הֵקִימָה, הֲקִמֹתָ, &c.

3. Futurum *Kal* habet aliquando cholem pro (ו) ut יָמֹת *morietur* pro יָמוּת. Et contingit præcipuè in pausa.

4. Imperativus & Infinitivus *Kal* sæpè habent (י) pro (ו) ut שִׂים vel שִׂית *pone*, לָשִׂים vel לָשִׂית *ponere*. Et multa sunt, quæ sic habent (י) constanter, aut nunc (י) nunc (ו). Unde verba imperfecta hujus quartæ classis vocari solent, *Quiescentia Ajin Vau, vel Jodh*. Multi tamen omnia exempla, in quibus occur-

occurrit illud (ִי) reduci volunt ad *Hiphil*; ita ut dicatur v. g. לָשִׂית *ponere*, per Syncopen, pro לְהָשִׂית; Et שִׂית *pone*, per Aphæresin, pro הָשִׂית vel potius pro הָשֵׂת. Si autem ita sit, nulla erunt *Quiescentia Ajin Jod*, seu habentia Jodh quiescens pro secunda radicali: nam (ִי) in *Hiphil* est adscititium, & non pertinet ad Radicem. Quòd vero in his verbis imperfectis Jodh, in medio quiescens, sit aliquando radicale, vel inde colligi videtur, quia in multis eorum rarò, aut nunquam invenitur (וּ). Idemque Jodh aliquando sit mobile in *Piel*; ut קִיֵּם vel קִיַּם *stabilivit*. Et tunc *Piel* inflectitur more Perfectorum קִיֵּם קִיְּמָה קִיַּמְתָּ &c. Sic חִיֵּב *debitorem fecit*.

Faciliùs admittitur, dici per Aphæresin, רִיבוֹתָ *contendisti* Job. 33. 13.

pro הֲרִיבוֹת & בִּינוֹתִי *intellexi* Dan. 9. 2. pro הֲבִינוֹתִי licet hæc exempla reduci possint ad specialem anomaliam ipsius *Kal* imitantis Conjugationem *Hiphil*.

5. Ubi in Paradigmate Infinitivus habet duplicem formam (ut in *Kal*, & *Hiphil*) posterior habet vim Gerundii in *do*; & usurpatur in duplicatione verbi: ut קוֹם תָּקוּם *surgendo surges*. תָּקִימוּ הָקֵם *suscitando suscitarunt*. Et quia Infinitivus sic sumptus per modum Gerundii conjungitur plerumque cum suo verbo in eadem Conjugatione: dum dicitur שׂוֹם תָּשִׂים *ponendo pones*. Deut. 17. 15. Et שׂוֹשׂ אָשִׂישׂ *gaudendo gaudebo* Isa. 61. 10. videtur quòd Futura ista (licet non differant ab *Hiphil*) sint in *Kal*, perinde ac Infinitivi adjuncti.

V. Clas-

V. CLASSIS.

Quiescentia *Lamedh-Aleph*.

Regula est generalis: Litera א quiescens petit quiescere in puncto longo, aut (ָ) hoc est, petit, ut punctum longum, aut (ֵ) immediatè præcedat: litera enim *quiescens* dicitur *quiescere* in puncto immediatè præcedente. Debemus ergo assignare punctum, quod in his verbis præcedit literam quiescentem א.

1. In his verbis non auctis a fine, (ָ) præcedit, ubi (ַ) deberet præcedere; ut בָּרָא *creavit*, יִבְרָא *creabit*, בְּרָא *crea*. pro בָּרַא, יִבְרַא, בְּרַא. nam ultima gutturalis (juxta dicta cap. 4. pag. 65.) facit, ut in Futuro, & Imperat. *Kal*, debeat esse (ַ) pro (ֹ). Hæc autem gutturalis א quiescens facit, ut debeat esse (ָ) pro (ַ).

2. In Præteritis auctis a fine, (ֵ) præcedit. ut נִבְרֵאתִי, נִבְרֵאתָ, נִבְרֵאת pro נִבְרָאתָ &c.

Excipe Præteritum *Kal*: ibi enim (ָ) præcedit. ut בָּרָאתָ *creasti*. Sed, si (ֵ) præcessit in Præterito non aucto, manet etiam in Præterito aucto, ut מָלֵא *plenus fuit*, מָלֵאתָ *plenus fuisti*.

3. In Futuris & Imperativis fœmininis pluralibus (ֶ) præcedit. unde, in *Kal*, תִּמְצֶאנָה *invenietis*, vel *invenient* fœm. מְצֶאנָה *invenite* fœm. Et sic in reliquis conjugationibus eadem est terminatio (ֶאנָה:)

Hæc sufficiunt pro א quiescente. Ubi autem א non quiescit, hæc verba sunt prorsus perfecta. Sed præter Infinitivum ordinarium, habent alium terminatum in ואת, ut in *Kal*, מְצוֹא & מְצוֹאת

in-

invenire. Et sic in aliis conjugationibus.

VI. Classis.

Quiescentia *Lamed-He*.

1. In his verbis non auctis à fine, per omnes conjugationes, terminantur.

Præterita	in ה ָ)		(קָנָה *possedit*.
Futura &)	in ה ֶ)	ut	(אֶקְנֶה *possidebo*.
Participia)		in	(קוֹנֶה *possidens*.
Imperativi	in ה ֵ)	*Kal*	(קְנֵה *posside*.
Infinitivi	in וֹת)		(קְנוֹת *possidere*.

Excipe. Participium *Paül* mutat ה in (י) ut קָנוּי *possessus*. Et Infinitivus, præcipuè quando sumitur per modum Gerundii, terminatur in וֹת, aut ה ֹ, & aliquando in ה ֵ ut רָאוֹה רָאִיתִי *videndo vidi*. הַכֵּה תַּכֶּה *percutiendo percuties*. הַרְבָּה אַרְבֶּה *multiplicando multiplicabo*.

2. Au-

2. Auctis his verbis a fine, ה semper tollitur, aut mutatur.

Si augmentum incipiat a puncto vocali, ה tollitur; & præcedens litera sibi sumit punctum illud. ut קוֹנִים *possidentes*, pro קוֹנְהִים. קָנוּ *possederunt* pro קָנְהוּ.

Excipe tertiam fœm. sing. Præteritorum: ibi enim (ne, abjecto ה, non differat a tertia masc.) mutatur ה in ת, ut קָנְתָה *illa possedit* pro קָנְהָה. Aliquando autem, tum ibi, tum alibi, ה mutatur in Jodh mobile. ut חָסְיָה *speravit* fœmin. חָסָיוּ *speraverunt*. יֶחֱסָיוּ *sperabunt*.

Si augmentum incipiat a consonante, ה mutatur in (י) quiescens, Quod, in Præterito *Kal* quiescit in chirik, ut קָנִיתָ *possedisti*. In aliis autem Præteritis, licet frequenter quiescat in chirik, frequen-

quentius quiescit in (¨) ut נִקְנֵית *possessus es*. In Futuris, & Imperativis fœmininis pluralibus quiescit in (ֶ) ut תִּקְנֶינָה *possidebitis*, vel *possidebunt* femininum. קְנֶינָה *possidete*, חֲיֶינָה *vivite*, & sic de cæteris.

Paradigma in una Conjugatione exhibitum, sufficiet. Ex dictis enim patet, quomodo secunda syllaba horum verborum uniformiter se habet in omnibus conjugationibus; prima autem syllaba variatur, propter varias Conjugationes, prorsus ut in verbis Perfectis. Vide ergo Paradigma in *Kal* קָנָה *possedit*.

Benonì	Imperat.	Futur.	Præter.	
קוֹנֶה	קְנֵה	אֶקְנֶה	קָנָה	KAL.
קוֹנָה	קְנִי	תִקְנֶה	קָֽנְתָה	
קוֹנִים	קְנוּ	תִקְנִי	קָנִיתָ	
קוֹנוֹת	קְנֶינָה	יִקְנֶה	קָנִית	
Paùl.	Infinit.	תִקְנֶה	קָנִיתִי	
קָנוּי	קְנוֹת	נִקְנֶה	קָנוּ	
קְנוּיָה	קָנוֹה	תִקְנוּ	קְנִיתֶם	
קְנוּיִים		יִקְנוּ	קְנִיתֶן	
קְנוּיוֹת		תִקְנֶינָה	קָנִינוּ	

Annotationes.

1. Verba terminata in ה mappikato, adeoque mobili, non pertinent ad hanc classem Imperfectorum; sed sunt omnino Perfecta, nisi quòd unum ex illis sit Defectivum *Pe-Nun*. Illa autem sunt hæc quatuor גָּבַהּ *excelluit*, כָּמַהּ *concupivit*, נָגַהּ *splenduit*, תָּמַהּ *miratus est*. Quibus adde, הִתְמַהְמַהּ *cunctatus est*.

Futu-

2. Futurum *Kal* sæpe, & diversimode patitur Apocopen, præcipue quando adest Vau *conversivum*: & accentus retrahitur ad literam *Etinalem*.

Plerumque sic. וַיִּבֶן *& ædificavit*. m. pro וַיִּבְנֶה.

Quandoque sic. וַתֵּרֶא *& vidit*. f. pro וַתִּרְאֶה.

cum (-) vicario τῦ (ּ)	וַיִּחַר	*& excanduit* m. pro	וַיֶּחֱרֶה
	וַיִּשַׁע	*& respexit*. m.	וַיִּשְׁעֶה
	וַתֵּתַע	*& erravit*. f.	וַתִּתְעֶה
cum (-) orto ex (ֲ)	וַיַּעַל	*& ascendit*. m.	וַיַּעֲלֶה
	וַיַּעַן	*& respondit*. m.	וַיַּעֲנֶה
	וַיַּעַשׂ	*& fecit*. m.	וַיַּעֲשֶׂה
Quandoque contracte.	וַיִּשְׁבְּ	*& captivavit*. m.	וַיִּשְׁבֶּה
	וַיֵּבְךְּ	*& flevit*. m.	וַיִּבְכֶּה
	וַיֵּשְׁתְּ	*& bibit*. m.	וַיִּשְׁתֶּה

Spe-

Speciale est וַיַּרְא & *vidit*. m. pro וַיִּרְאֶה.

Speciali item modo in Futuro *Kal* contrahuntur verba הָיָה *fuit* חָיָה *vixit*. Sæpè enim dicitur נְהִי, יְהִי, תְּהִי, אֶהִי pro אֶחְיֶה, תִּהְיֶה &c. Eodemque modo contrahitur Futurum verbi חָיָה.

3. In reliquis Futuris (exceptis *Pual*, & *Hophal*) sæpe fit Apocope: sed ferè, tantùm tollendo terminationem (ֶה) ut

In *Niphal*, וַיֵּרָא & *visus est*, pro וַיֵּרָאֶה.

In *Piel*. וַיְכַס & *texit*, pro וַיְכַסֶּה

In *Hiphil*. וַיַּעַל & *ascendere fecit*, pro וַיַּעֲלֶה. וַתַּשְׁק & *potavit* f. pro וַתַּשְׁקֶה. sic וַיַּרְא & *ostendit*, (quod semel legitur in *Hiphil*) pro וַיַּרְאֶה

In *Hithpael* וַיִּתְגַּל & *retexit se*, pro וַיִּתְגַּלֶּה

4. In

4. In Imperativis *Piel*, *Hiphil*, & *Hithpael*, eodem modo fit Apocope, tollendo terminationem (ה ֵ) ut

In *Piel*. צַו *præcipe*, חַס *file*, pro צַוֵּה חַסֵּה

In *Hiphil*. הַעַל *aſcendere fac*, pro הַעֲלֵה. Et ex defectivis *Pe-Nun* הַט *inclina*, הַךְ *percute*, pro הַטֵּה הַכֵּה

In *Hithpael*. הִתְחַל *finge te ægrotum*, pro הִתְחַלֵּה

5. Futurum, & Imperativus *Hiphil*, dum fit Apocope, habent aliquando duplex (ֶ) ut תֶּמֶס *liquefacies* pro תַּמְסֶה; תֶּרֶב *multiplica*, pro תַּרְבֶּה. Sed, more ſolito ſub, vel ante gutturalem mobilem, pro (ֶ) venit (ַ) vicarium.

6. Futurum *Hithpael*, in uno verbo הִשְׁתַּחֲוָה *adoravit*, ſpeciali modo patitur Apocopen, ut וַיִּשְׁתַּחוּ *& adoravit*, pro וַיִּשְׁתַּחֲוֶה.

APPEN-

Appendix

De Verbis Compositis.

Verba *composita* voco illa, quæ utrimque sunt Imperfecta, ut נָזָה *aspersus est*. Talia autem in utraque syllabâ sequuntur Classes, ad quas pertinent. Sic a נָזָה fit in Fut. Kal. יִזֶּה (pro יִנְזֶה). Nun shevatum tollitur, & infigitur daghèsh literæ sequenti: quia verbum istud est ex Defectivis *Pe-Nun*. Et terminatio per (ֶה) acquiritur: quia talem exigunt Verba *Lamed-He*.

Hinc, relictâ unicâ literâ radicali, per Apocopen dicitur וַיִּז vel וַיֵּז & *aspersus est*. In *Hiphil*, וַיַּז & *aspersit*, ubi יַז pro יַזֶּה, quod pro יַנְזֶה, ut reducatur ad formam Perfectorum. Sic a נָטָה *tetendit*, in Fut. *Kal*, וַיֵּט. In *Hiphil* וַיַּט Et a נָכָה (inusitato in *Kal*) fit in Fut.

Hi-

Hiphil, וַיַּךְ *& percussit*. Et in Imperativo *Hiphil*, הַט & הַךְ.

In Imperativo tamen, & Infinitivo *Kal*, verba sic utrimque Imperfecta non abjiciunt primam Radicis Nun, aut Jodh. Excipe נָשָׂא *tulit*, יָצָא *exivit*: quæ habent in Imperativo שָׂא, צֵא, & in Infinitivo, per specialem contractionem, שְׂאֵת vel שֵׂאת pro שְׂאֵת, צֵאת pro צְאֵת.

Huc reduc.

1. Verba quædam conflata ex variis conjugationibus. Sic, יִתְפָּקְדוּ *numerarunt se*, Jud. 20. 15. conflatur ex *Kal*, & *Hithpael*. At הִתְפָּקְדוּ *numerati sunt*. Num. 1. 47. & 2. 33. conflatur ex illis simul, & ex *Hophal*. יִרַדֵּף *persequetur* Ps. 7. 6. conflatur ex *Kal*, & *Piel*.

2. Verba, quæ licet ad unam classem Imperfectorum pertineant, ex parte ta-

 men

men imitantur aliam classem. Sic בּוֹשׁ *Erubescere*, in prima syllaba Fut. *Kal* imitatur verba *Pe-Jodh*. Dicitur enim אֵבוֹשׁ תֵּבוֹשׁ &c.

3. Verbum נָתַן *dedit*, quod utrimque deficit. Inflectitur sic:

Præt נָתַן, נָתְנָה, נָתַתָּ, נָתַתִּי &c.

Fut. אֶתֵּן תִּתֵּן &c. Imper. תֵּן. Infin. תֵּת (pro תֶּנֶת) neque aliud est in hoc verbo speciale.

4. Verba quædam orta ex aliis, geminatâ unâ vel alterâ literâ Radicis. Sic גִּלְגֵּל à גָּלַל. פִּרְפֵּר à פּוֹר. כִּלְכֵּל vel כַּלְכֵּל à כּוּל. סְחַרְחַר à סָחַר. שִׁעֲשַׁע à שָׁעָה. Sed inflectuntur regulariter ad formam *Piel*. Sic כִּלְכֵּל כִּלְכְּלָה, כִּלְכַּלְתָּ &c. Fut. אֲכַלְכֵּל, תְּכַלְכֵּל &c. Eodemque modo, verba quæ, ob quatuor, quas habent literas radicales, dicuntur *Quadrata*, ut כִּרְסֵם *devastavit*.

CA-

CAPUT VI.

De Suffixis Verborum aliiſque Suffixis.

VErba (licet pro ipſorum Suffixis ſufficere poſſent pronomina ſeparata) ſæpe recipiunt Suffixa: habentque, præter ea, quæ ipſis & nominibus ſunt communia, aliqua ſibi propria, ideſt, נִי *me*, הוּ vel נּוּ *illum*, נָּה *illam*. Multis etiam Præpoſitionibus, & Adverbiis adjunguntur Suffixa. Ut ergo res tota (quantum ſufficit ad propoſitum) breviter, & diſtinctè explicetur, ſit

§. I.

Restrictio difficultatis, ut paretur via ad Regulas generales.

1. *Hithpael* non recipit *Suffixa*: nec Passivæ Conjugationes, nisi valdè rarò, & ferè non nisi in Infinitivo. Ut בְּהִבָּרְאָם *in creari eos*. Reducitur ergo difficultas ad Activas Conjugationes, *Kal*, *Piel*, & *Hiphil*.

2. De *Piel* autem, & *Hiphil*, nulla ferè est difficultas. *Piel* tantùm mutat (ֵ) in Shevà; & hoc cum omnibus *Suffixis*. *Hiphil* nil mutat, nisi in verbis Imperfectis: & in illis, cum omnibus *Suffixis*, (ָ) vel (ֶ) sub augmento antecedente, mutatur etiam in Shevà.

3. In *Kal*. Participium recipit *Suffixa* more Nominum. Et in Præterito, ter-

tertia Sing. masc. recipit *Suffixa* ut nomen Sing. דָּבָר. Prima litera ubique habet Shevà. Secunda, ubique (ָ) nisi quòd cum *Suffixis* כֶן כֶם habeat (ַ). Sic etiam in tertia sing. fœm. Prima litera ubique habet Shevà, secunda ubique (ָ) & ה mutatur, in ת, ut fit in nominibus. Sed modus adjungendi *suffixa*, est valde specialis, ut in Tabella sequente.

מָסְרָה *Illa tradidit.*

Me. Com.	מְסָרַתְנִי	Nos. Com.	מְסָרַתְנוּ
Te. m.	מְסָרַתְךָ	Vos. m.	מְסָרַתְכֶם
Te. f.	מְסָרַתֵךְ	Vos. f.	מְסָרַתְכֶן
Eum.	מְסָרַתְהוּ	Eos.	מְסָרָתַם
Eam.	מְסָרַתְהָ	Eas.	מְסָרָתַן

Annotationes.

1. Pro מְסָרַתְהוּ, dici potest contractè מְסָרַתּוּ. Sic גְּמָלַתְהוּ Prov. 31. 12. Et contractè גְּמָלַתּוּ 1. Sam. 1. 24.

2. Pro מְסָרְתַּת (quod, quia deest exemplum Biblicum, ponitur conformiter ad מְסָרְתַּתְהוּ) dici potest contracte מְסָרַתְּ. Hujusque formæ contractæ habetur exemplum in *Piel* בְּעַסַּתָּה 1. Sam. 1. 6. Sed additur ה, ut sæpe fit, post (ָ) finale: & semper subintelligitur, si non exprimatur.

3. Pro מְסַרְתֶּם (licet poni etiam possit מְסַרְתֶּם) habentur exempla Biblica tum in Pausa, tum extra Pausam. Sed, cum מוֹ pro ם, dicitur עֲנָקַתְמוֹ *cinxit eos* Psal. 73. 6.

§. II.

Regulæ Generales.

De mutatione punctorum in Verbis, ob Suffixa.

1. In omnibus aliis personis Præteriti (seu in omnibus, præter tertiam sing. de qua

qua diximus) ob ſuffixum, prima Radicis habet Shevà : ſecunda, ſi prius habuit (ֵ) retinet; pro Shevà autem habet Camèts.

2. Futuri terminatio (ִי) mutatur in Shevà : ſed ante ךָ כֶן כֶם, mutatur in Camèts-catùph.

3. In Infinitivo, prima Radicis habet Camèts-catùph : ſecunda habet Shevà. Et etiam contrà, cum ſuff. ךָ כֶן כֶם.

4. Imperativus ſing. maſc. habet ſe, ut Infinitivus. Sing. fœm. & Plur. maſc. nil mutant. Plur. fœm. non recipit *Suffixa*.

§. III.

Modus adjungendi Suffixa Verborum.

1. Facta mutatione jam dicta, voces, quæ terminantur in (ִי) aut (וּ) immediatè (ſeu ſine alio puncto interve-

niente) recipiunt *Suffixa* . ut מְסַרְתִּיךָ *tradidi te* . יְמַסְּרוּנִי *tradent me* .

2. Talem terminationem acquirit in Præterito, secunda sing. fœm. assumendo (י): item secunda Plur. & masc. & fœm. mutando תֶּם & תֶּן in תוּ .

3. Reliquis omnibus, quæ nec habent, nec acquirunt talem terminationem; *Suffixa* adjunguntur, ut sequitur.

ם & ן Præteritis & Infin. per (ָ)
Futuris & Imper. per (ֵ)

הוּ, & נוּ Præt. per (ָ) Reliquis per (ֵ)

נִי Præteritis per (ַ) Reliquis per (ֵ)

ךָ, כֶן, כֶם, Omnibus per (ְ) ךְ Omnibus per (ֵ)

נֶּךָּ & נֶּהּ , quia suffiguntur per suum (ֶ) inseparabile, non suffiguntur Terminatis in (י) aut (ו) . Habent etiam hoc sibi proprium, quòd non suffigantur Præteritis.

§. IV.

§. IV.

Notanda ſpecialiter.

1. Futura, & Imperativi, quando (juxta dicta c.4. p.65.) terminantur in (ֶ); ob ſuffixum, mutant illud (ֶ) in (ָ) ut a גְּאַל *redime*, גָּאֳלֵנִי *redime me*: a Fut. יִשְׁלַח *mittet*, יִשְׁלָחֵנִי *mittet me*. Infinitivus autem ſic terminatus mutat (ֶ) in (ִ) ut (à בִּפְתֹּחַ *in aperire*) בְּפִתְחִי *in aperire me*. Ez.37. 13.

2. Quieſcentia Lamedh-He, dum recipiunt ſuffixum, abjiciunt ה, ut יִקְנֵנִי, pro יִקְנֵהֵנִי *poſſidebit me*. Unde in Præterito fit retrogradatio punctorum, & excluditur Shevà, quod alioquin eſſet ſub prima Radicis. ut קָנָנִי (pro קְנָהֵנִי) *poſſedit me*.

§.V.

§. V.

Adverbiorum, & Præpositionum compositio cum Suffixis.

Voces, quæ separatim stare possunt, rarò (nisi in nominibus propriis) aliquando tamen in unam vocem coeunt. Ut צַלְמָוֶת (ex צֵל & מָוֶת) *umbra mortis*. פְּלֹמֹנִי (ex פְּלֹנִי & אַלְמֹנִי) Individuum, cujus nomen celatur, seu non nominatur. N. N. ὁ δεῖνα *Unus*, *Quidam*. הַלְלוּיָהּ *laudate Dominum*.

Ex meris autem Præfixis & Suffixis, plures voces componuntur. Ut בִּי *in me*; בְּךָ *in te*. לִי *mihi* לְךָ *tibi* &c. Sed & plura aliquando coacervantur Præfixa, ut בְּשֶׁלְּמִי *in quo*, *cui*, seu *propter quem*, בְּשֶׁלִּי *propter me*.

Frequentissimè verò cum aliis vocibus in compositionem veniunt tum Præ-

fixa,

fixa, tum Suffixa. De Præfixis diximus cap.2 pag.24. De Suffixis nominum, ibidem, & toto ferè cap.3. De Suffixis verborum, in hoc cap.6. Nunc ergo, quia Adverbia, & Præpositiones recipiunt eadem Suffixa, & eodem ferè modo, quo verba & Nomina; Sufficiet, si in exemplis breviter modum illum explicemus.

De Adverbiis.

חֵן vel הִנֵּה *ecce* הִנְנִי vel הִנֵּנִי *ecce ego*.
הִנְּךָ *Ecce tu*. הִנּוֹ vel הִנֵּהוּ *ecce ille* &c.
אֵין *non*. אֵינֶנִּי *non ego*. אֵינְךָ *non tu*.
אֵינֶנּוּ *non ille*. sic אֵינֶנּוּ, אֵינְכֶם, אֵינָם &c.
עוֹד *adhuc* עוֹדִי vel עוֹדֶנִּי עוֹדְךָ עוֹדֶנּוּ &c.
כְּמוֹ *sicut*. כָּמוֹהוּ, כָּמוֹךָ, כָּמוֹנִי. Sed cum suffixis constructis כְּמוֹכֶם &c. In ista voce כְּמוֹ, Syllaba מוֹ est merè sustentaculum Præfixi. Sic dicitur בְּמוֹ *in* & לְמוֹ *ad*. His autem nulla adjunguntur suffixa.

Huc

Huc reduci potest verbum substantivum indeclinabile יֵשׁ , unde fit יֶשְׁךָ *tu es* , יֶשְׁכֶם *vos estis* , & (cum Suffixo speciali) יֶשְׁנוֹ *ipse est* .

De Præpositionibus .

עִם *cum* . עִמִּי , עִמְּךָ , עִמָּךְ , עִמּוֹ עִמָּהּ ; עִמָּנוּ , עִמָּכֶם , עִמָּכֶן , עִמָּם עִמָּן .

אֵת *cum* . אִתִּי , אִתְּךָ &c. ut עִם .

עִמָּדִי *mecum* . Non invenitur nisi cum hoc suffixo .

אֵצֶל *apud* . אֶצְלִי &c. נֶגֶד *coram* נֶגְדִּי &c.

לְמַעַן , בַּעֲבוּר , בִּגְלַל , *propter* . לְמַעֲנִי לְמַעַנְךָ &c.

Quædam Præpositiones recipiunt Suffixa more Nominum pluralium . Sic .

אַחֲרֵי *post* . אַחֲרַי , אַחֲרֶיךָ , אַחֲרָיו &c.

תַּחַת *sub* , vel *pro* תַּחְתַּי , תַּחְתֶּיךָ , תַּחְתָּיו &c.

Legitur tamen תַּחְתֵּנִי & תַּחְתָּם .

בֵּין

בֵּין *inter*. בֵּינִי, בֵּינְךָ vel בֵּינֶיךָ, בֵּינוֹ vel בֵּינָיו. בֵּינֵינוּ vel בֵּינוֹתֵינוּ, בֵּינֵיכֶם, בֵּינֵיהֶם vel בֵּינוֹתָם.

אֶל *ad*, & עַל *ſuper*, recipiunt ſuffixa more Nominum pluralium: & ſimul cum Suffixis abſolutis, mutant puncta ſua brevia in longa ſimilia, ut אֵלַי אֵלֶיךָ &c. עָלַי עָלֶיךָ &c.: cum conſtructis autem, mutant ſua brevia in breviſſimum (ֱ) ut אֲלֵיכֶם &c. עֲלֵיכֶם &c.

Sic עַד *uſque ad*. Unde עָדַי עָדֶיךָ &c. עֲדֵיכֶם &c. Sed a בַּעַד *pro*, fit בַּעֲדִי בַּעַדְךָ בַּעֲדוֹ &c.

§. VI.

De Literis Paragogicis.

Ad Suffixa reducuntur Literæ Paragogicæ, quæ, dum adduntur, vocis ſignificationem non mutant. Tales literæ numerantur quinque, ideſt, quatuor

Quie-

Quiescentes, & *Nun*; ex quibus ortæ sunt, ut vidimus, quinque è sex Classibus verborum Imperfectorum.

1. א Paragogicum invenitur aliquando in verbis terminatis in (ו) ut הֶהָלְכוּא *qui iverant* Jos. 10. 24.

2. (ו) Paragogicum habetur in voce חַיְתוֹ (pro חַיַּת) Gen. 1. 24. & in paucis aliis. Dici quidem potest, esse ו Paragogicum in לָמוֹ (quasi pro לָם ex לָהֶם sicut בָּם ex בָּהֶם) item in פִּרְיָמוֹ *fructus eorum*, כִּסָּמוֹ *operuit eos* הוֹרִידֵמוֹ *dejice eos*, הֲדִיחֵמוֹ *depelle eos* &c. quia, sublato (ו) manet significatio integra. At rectiùs dicitur illud (ו) pertinere ad Suffixum מוֹ, quod in libris metricis frequens est, non tantum pro ם, sed & pro הֶם & semper facit vocem *Milel*. Ut פִּימוֹ *os eorum*, שִׁנֵּימוֹ *dentes eorum*, אֵלֵימוֹ *ad eos*, עָלֵימוֹ *super eos*.

3. (י) Pa-

3. (י) Paragogicum eſt in fine vocis מוֹשִׁיבִי *habitare faciens*. Et plura exempla habentur in Pſalm. 103. & 113.

4. ן Paragogicum frequens eſt, præſertim in Futuris Plur. ut יִשְׁמְעוּן vel cum (ֽ) יִשְׁמָעוּן *audient*. Accentum, (quando eum invenit in penultima) trahit ad ultimam: & inde fit, ut punctum longum ſub augmento antecedente, corripiatur in Shevà. Ut יְשׁוּבוּן Pſalm. 104. 29. pro יָשׁוּבוּ *redibunt*.

Suffixum aliquando jungitur poſt Nun Paragogicum, & tunc Nun illud vocatur *Epentheticum*, ſeu interpoſitium. Ut יְשַׁבְּחוּנְךָ Pſalm. 63. 4. pro יְשַׁבְּחוּךָ *laudabunt te*. Porrò Nun Epentheticum alibi etiam invenitur, ubi Nun Paragogicum locum non habet. Ut יְבָרְכֶנְהוּ *benedicet ei*. Pſalm. 72. 15. Et ſpeciale Suffixum

fixum נו (de quo supra pag. 108.) conflatur ex communi (ו) & Nun Epenthetico:

5. ה Paragogicum frequens est in Futuris, Imperativis, & Infinitivis. Ut אֶשְׁמְרָה *custodiam*, שָׁמְרָה *custodi*, לְמָשְׁחָה *ungere*, pro אֶשְׁמוֹר &c. mutatis punctis, ut propter Suffixa.

Suffixum aliquando jungitur Infinitivo post ה Paragogicum mutatum in ת, ut בְּקָרְבָתָם (pro בְּקָרְבָם) *in approquinquatione eorum* Exod. 40. 32. כְּשָׁמְעָתוֹ (pro כְּשָׁמְעוֹ) *secundùm audire ipsum*. Isa. 30. 19. Sic Gen. 29. 20. בְּאַהֲבָתוֹ אֹתָהּ *in amare ipsum eam*. Sed Infinitivus hic venit ex terminatione (ˉ) utque plenè explicetur, recurrendum est ad cap. 4. pag. 65.

§. VII.

§. VII.

De ה *Locali.*

Litera ה ſæpè additur in fine Nominum, & quorundam Adverbiorum loci: ibi autem raró eſt purè Paragogica; ſed, cum reſpectu ad locum, ſignificat *ad*, *in*, *verſus*, unde vocatur ה *Locale*. Relinquendó accentum in ſede priſtina, facit ut vox maneat, vel fiat *Milel*. Sic אֶרֶץ *terra*, cum ה *Locali*, אַרְצָה *ad terram*, vel *terram versùs*. יָם *mare*, יָמָּה *ad mare*. שָׁמַיִם *cælum*, שָׁמַיְמָה *in cælum*, vel *cælum verſus*. שָׁם *ibi*, שָׁמָּה *illuc*.

Aliquando tamen in Nominibus invenitur ה purè Paragogicum. Sic ex לַיִל, מָוֶת, נַחַל, חֶרֶס fiunt, cum ה Paragogico, לַיְלָה *nox*, חַרְסָה *ſol*, נַחְלָה *torrens*, מָוְתָה *mors*: & ſunt, ut antè, Maſculina.

Aliquando etiam Fœmininis ſuperadditur ה in fine, mutata priore terminatione הָ in תָ. Tunc autem cenſetur adaugere ſignificationem. Sic יְשׁוּעָה *ſalus*, cum ה ſuperaddito, fit יְשׁוּעָתָה *magna*, *geminata*, aut *plena ſalus*.

Nota. Illud ה addititium in Nominibus, ſive ſit, ut plerumque eſt, *Locale*; ſive ſit purè *Paragogicum*; ut in quibuſdam Maſculinis; ſive *Adaugens*, ut in quibuſdam Fœmininis; per accentum in penultima, facilè diſtinguitur a purâ, verâ & propriâ terminatione fœmininâ הָ, quæ accentum poſtulat in ultima.

APPEN-

APPENDIX

Supplementitia ad Totum.

1. Literæ Quiescentes sæpè inter se commutantur, & aliquando omittuntur. Puncta etiam, præter legitimas, varias subinde mutationes admittunt.

Hinc invenitur, aliquando Punctum breve, & Daghèsh, pro Longo: sicut & Longum, pro Brevi, & Daghèsh; etiam ubi nulla est necessitas excludendi Daghèsh.

Sæpiùs Camèts-Catùph pro (ֻ) & contrà. Etiam (ֻ) pro (וּ) præsertim ante aliud (וּ) ut יָקֻמוּ pro יָקוּמוּ *surgent*. Et in quibusdam Editionibus (ֳ) pro (ָ) brevi. Sed fit propter imperitos, ut distinguant à (ָ) longo.

Aliquando (ָ) pro (ַ) ut מְנָת pro מְנַת (in Regimine) ex מָנָה *pars*. Item (ָ) pro (ֵ) ut שָׁאַלְתִּי pro שָׁאֵלְתִּי *petii*. Et (ָ) pro (ֶ) ut שְׁאַלְתֶּם pro שְׁאֶלְתֶּם *petiistis*.

Aliquando (ִי) pro (ֵ) ut תּוֹמִיךְ pro תּוֹמֵךְ *sustentans*. Et (ָ) pro (ַ) ut דִּבֶּר pro דִּבֵּר *locutus est*. Sæpe autem (ַ) pro (ֵ) præsertim ante Gutturales, & Resh. En exempla. אִבַּד *perdidit*, שִׁבַּר *confregit*, שִׁלַּח *dimisit*, יַצְמַח *germinare faciet*, יֵדַע *cognoscet*. In quibus & similibus est (ַ) pro (ֵ). At in וַיֵּדַע & similibus *Milel*, est (ַ) *Vicarium* τῦ Segòl. Cùm, ob accentum retractum, (ָ) deberet esse pro (ֵ) juxta dicta Cap. 2. pag. 27.

2. Quod literis Gutturalibus propriè debetur; aliis, præsertim geminatis, & Resh, aliquando datur habere

re (ֲ) pro Shevà simplici. Ut וּזֲהַב pro וּזְהַב (in Regimine) ex זָהָב *aurum*, צָלֲלוּ *demersi sunt*, וְהִתְבָּרֲכוּ & *benedicentur*. Geminatæ etiam aliquando excludunt Daghèsh Characteristicum; ut in הַלְלוּ *laudate*, in Conjug. *Piel*. Imo Literæ Shevatæ, licet non geminentur, sæpè excludunt Daghèsh. ut הַלְוִיִּם *Levitæ*, בִּקְשׁוּ *quæsierunt*. Sed si Daghèsh exclusum sit characteristicum, vox legenda est non aliter, quàm si adesset Daghèsh. Unde lege הַלְלוּ *hallelù*, בִּקְשׁוּ *bikkeshù*.

3. Pro Daghèsh leni, brevem regulam dedi Cap. 1. Nunc autem, ut compleatur ista regula, explicandæ sunt tricæ, quibus lectorem tunc detinere nolui: cum illarum notitia non requiratur ad rationem legendi, sed tantùm

 tùm

tum ad accuratiorem punctationem literarum בְּגַד כְּפַת.

Initio vocis, Literæ istæ, licet neque sint initio sententiæ, nec veniant immediatè post Shevà mutum, habent aliquando Daghèsh lene: Sed (quia nulla certa lege sic fit, & codices variant) potest, salvâ ortographiâ, omitti.

In fine vocis, aliquando habent Daghèsh lene post (ַ). Sed tunc illud (ַ) stat pro Shevà muto. Sic dicitur שָׁמַעַתְּ pro שָׁמַעַתְּ *audisti* fœm. Gutturalis, pro Shevà, accipit (ֲ) quod, ante aliud Shevà, amittit suum (ְ) unde sub Gutturali manet nudum (ַ) pro Shevà. Sic וַיִּחַדְּ *& lætatus est*. Exod. 18. 9. pro וַיִּחַדְּ quod pro וַיֶּחְדֶּה.

In medio vocis, non habent Daghèsh lene, nisi veniant post Shevà mutum.

Sed

Sed neque tunc habent, si Shevà illud sit primitivum: ut in לִגְבוּל *ad terminum*; aut si oriatur ex puncto longo, ut כִּדְבָרִי *secundùm verbum meum*, בִּלְבַבְכֶם *in corde vestro*, עִבְדוּ *Servite*; ex לֵבָב, דָּבָר, עֲבוֹד. Sic עַבְדֵיכֶם *servi vestri* ex עֲבָדִים. Præterea quædam Nomina, מַלְכוּת *regnum*, עַבְדוּת *servitus*, יַלְדוּת *juventus*, & Suffixa כֶם, כֶן constanter respuunt illud Daghèsh.

Maximam anomaliam habet vox שְׁתַּיִם *duæ* (quasi pro שְׁנְתַּיִם) à שָׁנָה *iteravit* unde & שְׁנַיִם *duo*.

4. *Daghesh forte* ponitur aliquando initio vocis, ut מַה־טּוֹב *quàm bonum*: & tunc legi debet vox illa per modum unius cum præcedente. Hinc invenitur מַזֶּה, pro מַה־זֶּה, *quid hoc?* מַלָּכֶם, pro מַה־לָּכֶם, *quid vobis?*

5. Accentus ſæpè retrahitur, ne immediatè concurrat cum accentu in voce ſequente. Ut עִיר בֹּנֶה *ædificans civitatem*, לָיְלָה קָרָא *vocavit noctem*, שָׁקֶר יָלַד *peperit mendacium*. Pro בּוֹנֶה. בָּרָא, יָלַד.

6. Quoad Syntaxin. Hebræi eaſdem Concordantias habent quas Latini. Sed maxima irregularitas eſt in numeris cardinalibus. Illi enim, a 3. ad 10., in maſculino genere, habent terminationem fœmininam; & contrà. Item in ſingulari numero, habent adjuncta ſubſtantiva pluralia; & in plurali, ſingularia. Reliqua, uſus meliùs docebit.

7. Quoad Poeticam: Optimum erit, eodem prorſus modo procedere, quo in linguis vulgaribus. Carmina

enim


enim Hebraica hoc modo fiunt faciliùs, & facta, ſunt ſuaviora, quam ſi, juxtà aliorum præcepta, major fuiſſet labor impenſus.



CON-

CONJUNCTIONES.

Etiam	אַף , גַּם	*tantùm*	רַק , אַךְ
aut	אוֹ	*verùm*	אַךְ
si, *an?*	אִם		אֲבָל
quia, *quod si*	כִּי	*certe*	אוּלָם
sed, *quòd si*	כִּי־אִם	*quia*, *eò quòd*	יַעַן
itane, *cur*	אַף־כִּי		יַעַן אֲשֶׁר
Gen.3. 1.			יַעַן כִּי
quanto magis			עֵקֶב
Prov.11. 31.			עֵקֶב אֲשֶׁר
quanto minus			עֵקֶב כִּי
1. Reg.8. 27.		*eo quòd etiam*	בְּשַׁגַּם
si, *fortè*	לוּ	*itaque*	עַל־כֵּן
nisi	לוּלֵא		לָכֵן



PRÆ-

PRÆPOSITIONES.

ſine	בְּלֹא , בְּלִי		לְעֻמַּת (
	בִּלְעֲדֵי (		מוּל (
præter	זוּלַת (	*contra, è re-*	מִמּוּל (
	מִלְּבַד (	*gione.*	נֹכַח (
ultra	הָלְאָה		לְנֹכַח (
ſecundùm	לְפִי	*à, ex, præ*	מִן
coram	לִפְנֵי	*trans.*	עֵבֶר


Reliquas Præpoſitiones vide ſupra in Cap.6. pag.108.



IN-

INTERJECTIONES.

O, væ, heu	הוֹי	*eja, age*	הָבָה
væ	אוֹי, אִי	*utinam, quæso,*	לוּ
heu	אוֹי אוֹיָה	*utinam*	אַחֲלַי, אַחֲלֵי
ab	אֲהָהּ, הָהּ, אָח	*quæso*	אָנָּא, אָנָּה
euge, vah	הֶאָח		נָא, בִּי
absit	חָלִילָה	*amen*	אָמֵן



AD-

ADVERBIA.

ubi?	אֵי , אַיֵּה	*jugiter*	תָּמִיד
hic	פֹּה , הֲלוֹם	*die &*	יוֹמָם
ibi	שָׁם	*nocte*	וָלַיְלָה
foris	חוּץ מִחוּץ	*nunc*	עַתָּה
intùs	מִבַּיִת	*tunc*	אָז , אָזַי
latenter	בַּלָּט	*hodie*	הַיּוֹם
supra	מַעְלָה	*cras*	מָחָר
infra	מַטָּה	*heri*	תְּמוֹל , אֶתְמוֹל
antè	פָּנִים	*nudius 3.*	שִׁלְשׁוֹם
retrò	אָחוֹר	*ante*	לְפָנִים
simul	יַחְדָּו , יַחַד	*jampridem*	כְּבָר
seorsim	לְבַד	*antequàm*	טֶרֶם
unde?	מֵאַיִן	*post*	אַחַר
quò?	אָן אָנָה	*Quare?*	לָמָּה
huc &	הֵנָּה		מַדּוּעַ
illuc	וְהֵנָּה	*Annon?*	הֲלֹא
Quando?	מָתַי	*sic , ita*	כֵּן , כֹּה

cer-

certè	אָכֵן , אָמְנָם .
non	לֹא , בַּל בְּלִי , בִּלְתִּי אַיִן , אֵין
fortè	אוּלַי
nè	אַל
ne fortè	פֶּן
Quoties?	בַּמָּה
hac vice	זֹאת הַפַּעַם
semel	אַחַת
secundò	שֵׁנִית
Quantùm?	כַּמָּה
parùm	מְעַט
plùs	יוֹתֵר
multùm	רַב , הַרְבֵּה
valdè *maximè*	מְאֹד בִּמְאֹד מְאֹד

Quomodo?	אֵיךְ אֵיכָה
sic, taliter	כָּכָה
benè	טוֹב , הֵיטֵב
citò	מַהֵר מְהֵרָה
repentè	פִּתְאֹם פֶּתַע
pessimè	רַק רַע
vanè	שָׁוְא
vacuè	רֵיקָם
gratis	חִנָּם
leniter	לְאַט
paulatim	מְעַט מְעַט
Judaicè	יְהוּדִית
Syriacè	אֲרָמִית

&c. ad eundem modum.

FINIS.

